



De sacris ecclesiae ministeriis ac beneficiis libri VIII. ;

<https://hdl.handle.net/1874/433474>

LXXXV



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**


More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


L. Oct.

184











Jus positivum et Interpretatio

Octavo n°. 184.





**DE SACRIS EC-
CLESIÆ MINISTERIIS AC
BENEFICIIS LIBRI VIII.**

In quibus quicquid ad plenam Iuris Pontificij cogni-
tionem necessarium est, breuiter ac dilucide
explicatum continetur.

ITEM,

PRO LIBERTATE ECCLESIAE
*Gallicæ aduersus Romanam aulam Defensio Parisiensis curie
Ludouico XI. Gallorum Regi quondam oblata.*

Authore Francisco Duarenlo Iureconsulto, et ordi-
nario Iuris civilis Doctore in ciuitate Biturig.

**Opus ab authore denuo auctum ac
emendatum.**




Ex dono Dr. G. Getti

PARISIIS,

Apud Andream Wechelum, sub Pegaso, in vico
Bellouaco: Anno Salutis, 1557.

Cum priuilegio Regis.



DIPLOMATE Henrici Francorum Regis interdictum est horum librorum impressione distractioneque omnibus typographis ac bibliopolis , nisi quibus imprimere eos ac distrahere Franciscus Duarenus permiscerit . Diploma signo Regio maiore obsignatum est , cui Andreas Guillartus magister libellorum , & Claudius Albaspineus viri clarissimi subscripterunt.

EX ACTIS CURIAE PAR-
lamenti Parisiensis.

CVM Franciscus Duarenus libello Senatui Ooblato exposuisset , se octo libros de sacris ecclesiæ ministerijs , ac beneficijs conscripsisse , cumque aliquot senatores eiusdem curiæ renunciassent se eos libros legisse , nec aliquid eis periculosest , aut suspectum contineri , decreuit senatus licere Fran. Duareno eos libros edere ac publicare , ut in actis curiæ plenius prescriptum extat . Dic 19 . Nouembris 1551 . Subscriptore Camusio secretario .



FRAN. DVARE-
NVS LECTO-
RI s.

TSI non diffide-
bam cùm hos de
iure Pontificio li
bros emisi, operam
meam in re hone
sta, conatúmque
integris, & sanis hominibus proba
ri posse: tamen fœlicior fuit eorum
librorum, vt ita dicā, genius, quàm
sperabam. Nec verò id ita esse iudi
co, quòd tam audiē expetiti sint à
multis, vt eos, quàm səpissimè ex
cudi formis necesse fuerit. Non e
nim is sum, qui iudicio multitudi
nā ij

EPISTOLA.

nis multùm tribuam , & bonis pla-
cere quàm plurimis honestius sem-
per esse duxi. Sed quia ex literis mul-
torum, ac nuncijs cognoui nullum
ferè locum in Europa esse in quo
hominibus pijs , ac intelligentibus
gratus non sit noster hic qualiscun-
que est labor , meritò id fœlicitati
cuidam, aut diuinę potius erga nos
bonitati adscribendum esse puto:
cum præsertim neque ea vis inge-
nij in me sit , neque eruditio, vt tot
taliūmque virorum iudicio respon-
dere me posse existimem. Itaque fa-
cilè animum induxi , vt hos libros
denuo in manus sumens mēda
corrigerem , & nonnulla adderem
quæ omissa fuerant in superiori e-
ditione . Hoc autē maturius eram
facturus, si mihi per typographum
quēdam licuisset, qui iā quater eos
im-

impressit me inscio, & ita imitari,
& exprimerē conatus est primam
editionem, eāmque mendosam, vt
primo aspectu eadem esse videre-
tur. Nam fuit ea hominis cōfidēn-
tia, vt annum etiam ipsum ac diem
primæ illius editionis adscribere in
alijs posterioribus non dubitarit.
Quid opus est pluribus? Ipse tan-
dem comperi tractatos non aliter
esse libros meos, quām accidere so-
let, cūm quid furtim, festinanter, &
in magno deprehensionis metu,
admittitur. Feci igitur non minus
libenter, quām necessariō, quan-
quam aliquantō quām vellem seri-
us, vt his libris imposita vulnera sa-
narem, quibus præter me nemo fa-
cile mederi poterat. Auarici Bitu-
rig. Calend. Mai: Anno 1557.

ā iij

ADMARGA-

RITAM FRANCICAM

REGIS SOROREM, DV-

cemque Biturigum, epistola scripta ab
authore antequam Lutetia Parisio-
rum Auaricum Biturig.
migrasset.



V M nuper ex urbe
ad fanum Mauri, e-
go & quidam alij no-
stri ordinis viri sanè
boni, & literarum a-
mantes festis diebus
otiosisque concessissimus, nuntiatum-
que nobis esset Michaëlem Hospitalem,
qui inter senatores curiae Parisiensis &
integerrimus & doctissimus habebatur,
illuc aduertasse, confessim ad eius villam
salutandi visendique hominis causa per-
teximus. Qui ut salutantes nos comiter
achumaniter exceptit, moram nullam in-
terpo-

EPISTOLA.

terponendam esse putauimus, quin simul
cum eo amoenissimis in locis eius vici sua-
uiissime colloquentes, deambularemus. Ac
multis iam spatijs confectis, tandem ad
prætorium hortosque vetum est, qui Gul.
Budæi fuisse dicebantur. Quo in loco
nullus profecto fuit, quin libentissime cō-
sisteret, non solum quia ad aestum, calo-
rēmque vitandum longè erat commodis-
simus: sed quia talem, tantumque virum,
qui memoria nostra uniuersam Europam
sui nominis gloria impleuerat, nobis ve-
lut in conspectu ponere videbatur, ac ita
versabatur ante oculos species eius & i-
mago, cuius sedem, domicilium, vestigia
contemplabamur, ut nihil posset cadere
iucundius. Est enim nescio quo pacto na-
turâ hoc nobis insitum, ut locis in quibus
summi præcellentésque viri multum ver-
fati sunt, aut supellecstile, vel re alia, quā
in usu habuerunt, magis quam librorum

EPISTOLA.

ab eisdem conscriptorum lectione se penumero cōmoueamur. Testatur Cicero cū aliquando venisset Metapontū, non antē ad hospitem diuertisse, quām locum ipsum in quo vitam ædiderat Pythagoras, sed ēmque vidisset. Et Lucianus autbor est, Epicteti philosophi lucernam, quæ fītilis erat, tribus drachmarū milibus emptam fuisse. In hortis igitur Budęi visum est omnibus cōsidere, qui simul Hospitalio duce illuc conuenerant, optimis sanè ac eruditissimis viris, quorum nomina, rara eximiāmque eorum virtutem admiratus, continere me non potui, quomiuus hic adscriberem. Fuerūt enim hi, Bart. Fayus, & Anton. Sennetonius, ordinis senatorij lectissimi ornatisimique viri, & insignis cū doctrinæ, cū etiam integritatis & probitatis nomine conspicui ac venerandi, Franciscus & Sebastianus Albaſpi-nei fratres: quorum hic adolescentiæ vix-dum

dum annos egressus , multas legationes magna cum laude obiuerat , ac in rebus gerendis ubique talem se præstiterat , ut amplissimis iam sacerdotijs atque honoribus benignitate Regis auctus esset : ille tuam Biturigum prouinciā ita tum regebat ac moderabatur , ut ab eo omnis equitatis , iustitiae , prudetiae , magnitudinis animi exempla peteretur : uterque nobis propter similitudinem studiorū & beneficiorum magnitudinem coniunctissimus erat . In eo confessu & colloquio multos varioque sermones habitos fuisse recordor , tum de studiis Budæi , quæ mihi propter veterem cum eo homine consuetudinem aliquanto erant notiora quam cæteris , tum de tristia admodum atque acerbo casu , quem literæ interiores extincto illo lumine pertulerunt . Ac ut alius ex alio nascitur sermo , hinc arrepta est occasio commemorandi , quam paucis annis , quantam literæ bonæ iactu-

EPISTOLA.

ram, paucorum hominū interitu, in Gal-
lia nostra fecissent. Nam Budæi fatum
non longo admodum interuallo secuta est
Regis Francisci patris tui mors luctuosa,
principum omnium, quos unquā sol vidit,
literis deditissimi, ut iam bonorum omni-
um consensu, literarum ac disciplinarum
parentis cognomen ei tribuatur. Nec ita
multò pōst reginam Nauarræ Margari-
tam, cælesti haud dubiè præditam ingenio
fæminā, & eo in literas amore ac studio,
ut Francisco Regi, cuius erat soror, non
concederet, inuida fata nobis cripuerunt.
In hanc sententiam cùm multa grauiter &
copiosè à singulis dicerentur, memini tum
ita locutum Hospitalē fuisse, ut dolore
nostrū, mærorémque oratione sua non pa-
rum leniret ac minueret. Is enim ex tanta
clade fæminam unam superesse dicebat,
cuius ea esset nō solum authoritas ac ma-
iestas, verū etiam doctrina singularis
cum

cum honesta voluntate affectuque coniuncta, ut literas collaberes sola facile sustentaret ac tueretur. Ac postquam de te studiisque tuis, & admirabili literarum omnium, tum Græcarū, tum Latinarum cognitione, pleraque non audita ab aliis, ut ipse affirmabat, sed à se comperta, atque intellecta, nobis magna cum attētione & admiratione audientibus narravit, nemo mehercule fuit, quin protinus in cœlū manus præ gaudio tolleret, & ad bene sperandum de re literaria uehemētissimè cōmoueretur. Est enim in Hospitalis oratione præter elegātiā & ubertatem eruditissimo viro dignā, grauitas etiam summa, & ut prudentis rectique hominis quædā naturalis authoritas, quæ ad fidē faciendam plurimum valet. Hunc vero sermone sic excepit Fran. Albaspineus, ut Bitturigū ciuitati prouinciaeque mirū in modū gratularetur, quod nuper eius tibi

EPISTOLA.

procurationem gubernationē ducatumq;
Rex Christianiſ. Henricus frater tuus
mandasset, atque credidisset. Quid enim,
inquietabat, nobis optatus, fælicius, diuini-
us cōtingere potuiffet, post eam animi cō-
ſternationem, quæ Margarita Regina
Nauarræ fato functa, inter ciues nostros
oborta est, quām repente eam nobis duce
quasi cælitus demissam esse, in qua eadem
pietas ac religio, bonitas par atque huma-
nitas, ingenium fælicius, & lōgè politior
doctrina inſint, quæque ad ea que iam re-
cte præclaréque instituta ſunt, nō ſolū
tuenda & conſeruāda, ſed etiam augenda
& amplificāda diuinitus quodāmodo no-
bis data videatur. Subiiciebat ille, veniſ-
ſe iam tēpus, quo Biturigū ciues veriſimè
idem dicere poſſent, quod Themistoclem
Atheniēſem dixiſſe ferunt, cum exul &
profugus ad regem Persarū confugiſſet,
& ab eo honorificè exceptus locupleta-
tūſque

EPISTOLA.

7

tūsque fuisset: O amici perieramus, nisi
periisemus. Longum esset, nec valde ne-
cessarium sigillatim omnia hīc recensere,
quæcunque in eo congressu de te recitata
sunt. De quibus omnibus tametsi fama
ubique terrarū increbuerat (magna si-
quidē fortuna nihil occultū esse patitur)
tamen ad opinionem confirmandā, quam
animo utcunq; prius imbiberam, magnū
pondus habuit ea disputatio. Nam antè
vix adduci poterā, ut has lucubratiōnes
nostras in tuo nomine diuulgari & appa-
rere sinerem. Cogitabā enim nō eo me ho-
minem esse vel ingenio, vel doctrina, ut
quicquā auribus tuis dignum afferre pos-
sim, & scholasticas disputationes, de Iure
præsertim, & quæstionibus forensibus mu-
lieri offerri ineptū ac indecorū quibusdā
visum iri satis intelligebam. Ac sicut olim
prouerbio notati sunt, qui Veneri suē im-
molabāt, quòd Adonis apri dēte pereptus,

EPISTOLA.

ideoque sus Veneri, ut amasij interfector
gratus non esset: sic ego subueritus sum ne
mibi vitio detur, quod nec muneric obla-
ti, nec personæ tuæ rationem habuerim.
Verum omnem mihi scrupulū dubitatio-
nemque exemit ista, quæ nunc animo meo
insedit penitus de te persuasio. Nam sin-
gularis tua in bonarum artiū studiosos hu-
manitas facit, ut qualecunque sedulitatē
nostrā te in bonam partē accepturā confi-
damus, quanuis hoc opus ita à nobis ela-
boratū perfectūmq; nō sit, ut si ex nostra
estimatū fuerit industria, magis quam
dignitate ipsius argumēti, dignū tuo no-
mine patrociniōque iudicari debeat. Ac
si qui forte sint qui rem à nobis tractatam
parum tibi conuenire existimēt, in eo falli
eos constat, quod te ex aliarū mulierū na-
tura, ingenio & moribus fingunt: nec satis
norunt quantū inter te reliquāsque huius
seculi fœminas intersit. Cūm igitur ea sit

65°

& naturæ tuæ bonitas, & doctrina ac eruditio, ut præter pudorē pudicitiamque insignē, muliebre nihil in te cōspiciatur, & cum excellētissimis viris meritò conferri possis, equidē iure culpandus nō videor, si tibi munus literariū obtulerim, quod aptum cōueniensque viro esse nemo nō fateatur. Non deerūt fortasse, qui dicēt studium literarū in muliere quidē ferendū esse, sed nō earum quę ad res politicas & foreses pertinet. Sed cūm ita moribus nostris cōparatum sit, ut principes fæminæ gubernacula Reipublice teneāt, cur earū rerum sciētia, quibus ad Rempublicā regēdam opus est, eisdem interdicta sit nō video. Nisi fortè quis dicat eas vicaria magistratū opera uti hīc solere, quos ista cognoscere sufficiat. Verūm ego ut anxiam nimis & exactā harum rerum cognitionē à principibus minimè flagito, ita minus idoneos esse ad gubernationē Reipublicæ

EPISTOLA.

eos censeo, qui ne primoribus quidem labris, ut dicitur, hæc degustarunt. Achuiusmodi sunt hi nostri libri, nisi uehementer ipsi fallimur, ut iis etiam qui forensem iudicariāmque artem ipsi non exercent, sed rerum cūm diuinarum, tum ad statū publicum spectantium studio capiuntur, non nihil conducant. Quarum rerum cognitione ut honesta ac pernecessaria temeritatis crimen, quod nobis obiici posset, si minus à te certè ab aliis quibusdam, in quorum manus scripta nostra veniet, aliquando fortassis dilueremus. Nec difficile est ex iis quæ iam diximus perspicere ac indicare, quæ me ratio impulerit, ut libros meos tibi legendos exhiberem. Verum alia quædam non leuis huius incæpti causa etiam fuit, præter eas, quæ hactenus à nobis expositæ sunt, quod videlicet in locum

locum illustris reginae Nauar. ducisque
Biturigum modò successeris, quæ studi-
orum nostrorum fructum, si quis existat,
iure suo à nobis repetere posset. Quam
enim superstitem adhuc & viuam diu-
tissimè colui & obseruaui, cùm apud Bi-
turiges tuos ius ciuile interpretarer, &
annuum mihi eo nomine largiretur, eidē
profectò mortuæ quod potero officiū præ-
stare quam maximè cupio: ut eius quæ
tam præclarè ac diuinitùs, non dicam de
me & studiis, sed de vniuerso hominum
genere merita est, sacro sanctam apud nos
memoriam esse omnes intelligant. Sed
quia animo iam fæliciter in cælum recep-
to humana non conueniunt, nec quantum
vellem ei impræsentiarū tribuere possum,
quicquid in viuam officij colloturus fui,
nemini iustius quam tibi nunc deferen-
dum esse videtur: ut pote quam illa in-
credibili amore semper complexa sit, &

ē

EPISTOLA.

pietatis, religionis, doctrinæ, cæterorūmque ornamentorum suorum velut hæredem quodammodo reliquerit. Et arbitror pios illos sanctissimósque Manes, si loqui nobiscum possent, id sibi pergratum ac iucundum esse dicturos. Quo nomine fortassis opera hæc nostra, qualisunque ea sit, acceptior tibi futura est, eamque ut boni consulas te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale, Lutetiæ Parisiorum, Idib. Iun. 1550.

INDEX SINGVLORVM CAPI-
tum, quæ his octo libris continentur.

LIBER PRIMVS.

De Ecclesia, & ministeriis ecclesiasticis.

- D**E Ecclesia, potestate ecclesiastica, & ciuili, ac de
 vtriusque discrimine Cap. 1.
 De potestate, & iurisdictione ecclesiastica Cap. 2.
 De penitentiis, & coercitionibus ecclesiasticis Cap. 3.
 An ius gladij habeat Ecclesia Cap. 4.
 De ciuili gubernatione Cap. 5.
 Quam potestatem habeat princeps circa ministeria
 Ecclesie Cap. 6.
 De Hierarchy, & variis administrationibus Ecclesiæ Cap. 7.
 De variis presbyterorum generibus Cap. 8.
 De episcopis, qui gradus sunt episcoporum, & que po-
 testas olim fuerit eorum, qui chorepiscopi diceban-
 tur Cap. 9.
 De episcopo Romano, ac de eius amplitudine, & au-
 thoritate, tum de nominibus variis, quibus appellari
 solet Cap. 10.
 De conuentibus ecclesiasticis, quas synodos vocant
 cap. 11.
 De diaconis, hypodiaconis, & aliis inferioris ordinis &
 gradus clericis Cap. 12.
 De cardinalibus Romanæ Ecclesiæ, cur ita vocentur, &
 vnde ortum habuerint Cap. 13.
 Qui fuerint olim ostianij, lectors, exorcistæ, acoluti,
 & cæteri omnes qui clerici appellantur: vnde mos
 tendendi capit is ortus sit, atque item consuetudo ca-
 nendi in sacris ædibus Cap. 14.
 De scholæ ecclesiasticæ magistris, & doctoribus Cap. 15.
 De sacris ordinationibus, & cur olim absolute quen-
 ē ij

INDEX

quam ordinari vetitum fuerit	Cap. 16.
De pseudoclericis	Cap. 17.
De canonicorum collegio	Cap. 18.
De ministris Ecclesiæ, qui clericis non sunt.	Cap. 19.
De monasteriis, & monachis, eorumque statu, conuer-	
satione & instituto	Cap. 20.
De monachorum scētis	Cap. 21.
De monachorum gradibus, & officiis	Cap. 22.
De mendicantium sodalitate	Cap. 23.
De monialibus	Cap. 24.
De sacerdotiis veterum Romanorum ante Christianif-	
mum	Cap. 25.

LIBER SECUNDVS.

De origine, definitione, ac diuisione beneficiorum.

De facultatibus Ecclesiæ, eorumque origine, & pro-	
cessu	Cap. 1.
De vulgari diuisione bonorum ecclesiasticorum in tem-	
poralia & spiritalia	Cap. 2.
Vnde dicatur beneficium	Cap. 3.
Quid sit beneficium, beneficij ecclesiastici dominium,	
vſusfructusque cuius sit, & an pensiones annue, atque	
hospitalia beneficij appellatione contineantur	Cap. 4.
Beneficiorum diuisio, & qualitas	Cap. 5.
Quæ sint dignitates ecclesiasticæ, & quot modis acci-	
pantur	Cap. 6.
De curatione animorum	Cap. 7.
Simplicia beneficia quæ sint, & præbendarum vocabulo	
quid significetur	Cap. 8.
Beneficiorum diuisio in regularia, & secularia	Cap. 9.

LIBER TERTIVS.

De iis qui possunt beneficia conferre.

Quorum beneficiorum distributionē habeat Romanus
pontifex

SING. CAP.

ii

pontifex, & quemadmodum is ordinari eligique debeat	Cap. 1.
An concilium cœcumenicum beneficia conferat, & an ei subdit Romanus pontifex	Cap. 2.
De legato Romani pontificis	Cap. 3.
De episcopis, cæterisque, qui ordinarij collatores dicuntur	Cap. 4.
De curatore dato episcopo, quem vulgo coadiutorem appellamus	Cap. 5.
De collegio ecclesiastico vacante sede episcopali	Cap. 6.
De propontifice, qui vicarius appellatur	Cap. 7.
De conductore	Cap. 8.
De possessore	Cap. 9.
Sequestrum beneficia conferre posse, & obiter explicata duo loca, quæ inuicem pugnare videbantur, Iuliani scilicet, & Florentini Iureconsultorum aduersus aliorum sententiam	Cap. 10.
Ius conferendorum beneficiorum in Gallia regem habere, & unde id ius quod regalia dicimus, ortum habuerit	Cap. II.

LIBER QVARTVS.

Quibus possint beneficia conferri.

Quibus præditum moribus, & à quibus vitiis alienum esse cum oporteat, cui beneficium confertur	Cap. 1.
Quatum literatū atque linguarum cognitione instrutus debeat esse beneficiarius	Cap. 2.
An ob vitium corporis à sacro ministerio, beneficioque repelli quis debeat	Cap. 3.
De morbis corporis, qui hominem ministerij beneficij que ecclesiastici incapacem reddunt, item qui dicātur energumeni, & engastrimythi in iure pontificio	Cap. 4.
Eos qui ex iustis nuptijs procreati non sunt, ad ministerium ac beneficium ecclesiasticum admitti non debeant, & qua ratione id constitutum sit	Cap. 5.

ē iiij

INDEX

- Quibus sacris initiatum esse eum oporteat, qui ad sacram beneficium promouetur Cap. 6.
An cœlibatus beneficiariis necessarius sit Cap. 7.
Digamum à sacerdotio, & beneficio ecclesiastico sum moueri, & qua ratione id canonibus sanctū sit Cap. 8.
De beneficiariorum ætate, & legibus annalibus: item de iis qui plura aduersus canones beneficia impetraverunt Cap. 9.

LIBER QVINTVS.

Quibus modis acquirantur beneficia, & ministri Ecclesiæ ordinentur.

- Quæ sit forma, & ratio eligendi ministros Ecclesiæ, tam vetus quam noua, quidque inter ea beneficia intersit, quæ vulgo collatiua & electiua dicuntur Cap. 1.
De eo genere ad sacra ministeria beneficiaque promouendi, quod vulgo postulationem vocamus Cap. 2.
Translatio episcoporum quamobrem sit prohibita, alter explicatum quam à iuris pontificij enarratoribus factum adhuc sit Cap. 3.
Quale sit nominationis ac præsentationis ius, iis competens, qui patroni ecclesiarum dicuntur Cap. 4.
De ure ordinandi ministros Ecclesiæ, beneficiaque conferendi, quod tanquam caducum ad superiorem antistem deuoluitur Cap. 5.
Coniunctio beneficiorum, quam vniōnem vocant, quæ sit, & quibus ex causis permittatur Cap. 6.
De fiduciis ecclesiarum, tam perpetuis, quam temporariis, quæ commendationes dicuntur Cap. 7.
De pontificiis diplomatis, quæ vulgus gratias expectatiuas, & mandata de prouidendo appellat, copiosa disputatio Cap. 8.
De reseruationibus beneficiorum, tam vniuersè, quam sigillatim factis Cap. 9.
De pontificum diplomatis, quæ vacantium beneficiorum nomine impetrantur Cap. 10.
De

- De concilio Constantiano, ac Basiliensi, & de pragmatice Gallorum sanctione, Romanorumque pontificum decretis, quibus eam aut conuellere omnino, aut la-
befactare studuerunt Cap. II.
De nominatione regia in ordinandis antistitibus, qua-
les regis candidatos esse oporteat Cap. 12.
De scholastica nominatione, qua nunc in Gallia ferè
vrimur, cōpendiosa, sed accurata, cōmentatio Cap. 13.

LIBER SEXTVS.

*De iis, quæ in beneficiis distribuendis præcipue
obseruenda sunt.*

- Beneficium antequām vacet, nec dandum, nec promit-
tendum esse, & quām grauiter in hac re aduersus sa-
cros canones peccari soleat Cap. 1.
Omnem ambitum à collatione beneficiorum procul a-
besse debere Cap. 2.
De annuo vestigali, quod vulgo Annatam vocant, à no-
uis antistitibus exigi solito, & explicata lex Iulia de
ambitu Cap. 3.
De annuis siue pensionibus, quæ beneficiis velut serui-
tutes quædam imponuntur Cap. 4.
Beneficium purè ac simpliciter conferendū esse Cap. 5.
An absque scriptura beneficij collatio valeat Cap. 6.

LIBER SEPTIMVS.

*Quod ius habeat beneficiarius in beneficio suo, & quen-
admodum beneficia retineantur & conseruantur.*

- De decima tam ordinaria & legitima, quām extraor-
dinaria atque indicta Cap. 1.
De primitiis Cap. 2.
De oblationibus Cap. 3.
De diariis, quæ distributiones quotidianæ appellantur,

INDEX SING. CAP.

- & cur hoc genus erogationis adinuentū sit Cap. 4.
De redditibus, & obuentionibus quibusdam episcoporum Cap. 5.
De iis quæ sacramentorum, & aliarum huiusmodi rerum nomine cōtra veteres canones exigūtur Cap. 6.
An mortuo beneficiario hæres legitimus ei succedat Cap. 7.
An beneficiarius successorem eligere, & fructus beneficij testamento legare possit Cap. 8.
Quibus ex caussis rerum ecclesiasticarū alienatio permittatur: quæ forma in huiusmodi alienatione debet obseruari: & declaratus canon Agathensis concilij ad eandem rem pertinens, qui vulgo malè intellectus magnam iudiciorum varietatem peperit Cap. 9.
Quorum munerum vacationem beneficiarij, & ecclesiarum ministri habeant Cap. 10.
De iudiciis & actionibus, quæ pro beneficiis comparatae sunt Cap. 11.
De iis qui liberè & quietè beneficium triennio possederunt Cap. 12.
De subrogationibus iudiciariis Cap. 13.

LIBER OCTAVVS.

Quibus modis beneficia amittantur, & vacent.

- De beneficiis morte beneficiariorū vacantibus Cap. 1.
De beneficiorum eiuratione, quæ & resignatio appellatur Cap. 2.
De beneficiorum permutatione Cap. 3.
De beneficiorum multitudine canonibus prohibita Cap. 4.
De assiduitate beneficiariorum, quam residentiam appellamus Cap. 5.
De criminibus propter quæ beneficia amittuntur Cap. 6.

INDICIS FINIS.

Præfat.



PRÆFATIO IN QVA
DE VNIVERSO IVRE PON-
TIFICIO, AC DE INSTI-
tuto authoris disse-
ritur.

V M de iure canonico sine
potestio aliquid scribere in-
stiterem, satis prospiciebam
fore, ut hoc consilium meum
in varia reprobationes in-
curreret. Non enim adeo re-
rum imperitus sum, ut non
intelligam, quam male au-
diat hoc tempore istius iuris professio, quamque disipli-
ceat non vulgo tantum & imperita multitudini: sed iis
etiam, qui ceteris acutiores, acriorisque iudicij haberi
volunt. Nam plerisque persuasum est, ius pontificium ni-
hil aliud esse, quam inconditam quandam decretorum,
& constitutionum farraginem a semiductis potestibus
ad quæsum magis, quam ad Reip. Christianæ commo-
dum editarum: cuius nec liberalis cognitio, nec admo-
dum necessaria videatur. Nec desunt, qui totum hoc ius

A

P R A E F A T I O .

plenum erroribus esse non obscurè testentur, è quorum numero Cynus Pistoriensis clari nominis iurisconsultus fuit. Alij tametsi multa præclara & utilia iure pontificio contineri non inficiuntur: tamen quia partim ea in desuetudinem abijisse vident, partim diplomatibus pontificum venialibus ferè subuerit solere, inanent prorsus nostrum esse laborem contendunt, nec ullam in hoc genere doctrinam reconditionem magnopere requiri dicunt, sed eam sufficere, quæ in foro visitata sit, & ex vulgaribus commentarijs hauriatur. Non necesse habeo hic commemorare, quoties mihi cum his dimicandum fuerit, qui vicem meam (si Dijs placet) non mediocriter dolere se dicerent, quod studijs granioribus omisis, in his nugis ineptiisque tempus contererem. Quorum ego iudicium, & autoritatem, ut prorsus non contemno: ita rationes alias habere mihi videor, quibus hoc institutum consiliariumque meum bonis & eruditis hominibus approbare facile possum. Nam vt de iure pontificio dicam quod sentio, constat imprimis iam inde ab initio nascentis ecclesie apostolos Christi, ac sacerdotes de ritibus in ecclesia necessarijs quedam constituisse, cum absque ordine & ecclesiæ verum Dei cultum retineri non posse animaduerterent. Hinc Paulus ad Corinthios scribens, πέντε, inquit, εὐχαριστίας, ηγέτα τρέψιν γένοσθαι. Hos imitati successores per multas ætates varijs in conuentibus veluti leges quædam condiderunt, quas canones, id est, regulas, seu ius canonicum vocamus. Ea siquidem erat horum modestia, ut decreti huiusmodi sua leges vocare non auderent: ne principum, ac magistratum authoritatem sibi arrogare viderentur. Et quāquam principes

cipes ipsi negligentibus episcopis ac sacerdotibus leges
plerunque ad gubernationem ecclesiarum, et ritus ec-
clesiasticos pertinentes ferret: tamen ea veneratione sa-
cros illos canones prosequabantur, ut ab eorum prescri-
pro vix unquam sibi desclendendum esse ducerent. Et In-
stianus noster disertè ait, se ita leges scribere, ut sacros
canones imitentur. Totum autem ius canonicum, quo
nunc utimur, precipuis aliquot voluminibus contine-
tur. Unum est à Gratiano compositum quadringentis
ferè ab hinc annis, quod varijs canonibus, sententijsque
veterum patrum vnde collectis resertum est, decre-
torumque titulo inscribitur. Nec eo libro ullus est in hoc
genere utilior, quamvis in eo nonnulli desiderent cruditi.
Fatetur Martialis quodam versu, in suis libris mala
plura esse, quam bona, aut mediocria, nec aliter ullum
scribi librum solere. Nemo tamen sanus ideo libros eius-
modi omnes contenenodos aut reiijerendos esse dixerit.
At Gratianus noster plurimis abundat præclaris aureis
que sententijs, ut æquum non sit, ob nonnulla, si que in
eo deprehenduntur errata, è studiosorum manibus li-
brum longè utilissimum excutere, nullo duntaxat me-
liore, probatoriisque allato. Alterum volumen est Grego-
rij noni editum nomine, quod diuersorum pontificū Ro-
manæ sedis epistolas, que dicuntur Decretales, comple-
titur. In eo Decretalium volume multa intueri licet,
que à prisca illa disciplina, quam decretorum liber à
Gratiano editus continet, mulsum degenerent. Atque
hinc natum est illud apud nostrates tritum ac vulgo ia-
ctatum, Male cum rebus humanis actum esse, ex quo
decretis alœ accesserunt. Est enim hæc rerū humanarum

P R A E F A T I O.

conditio, ut ferè in deterius prolabantur: sic omnia fa-
tis, inquit poëta, in peius ruere, & retro sublapsa refer-
ri. Eius tamen libri lectio negligenda iuris studioso non
est, quod multa ad iuris nō modo pontificij, sed etiam ci-
uilis cognitionem utilia contineat. Quo enim tempore
conscriptæ sunt illæ epistolaæ, quibus pontifices Romani
de iure consulentibus more veterum imperatorum re-
spondebant, cause ecclesiastice antiquam simplicitatem
iam amiserant, erantque huiusmodi, ut ad eas dirimen-
das ac definiendas iuris consulti & pragmatici adhibe-
rentur. Vnde factum est, ut canonum peritus, nisi idem
iuris ciuilis scientia instructus sit, vulgari proverbio in-
ter rudes, & imperitos numeretur. Alius est liber Bo-
nifacij octauii, quem ideo in Francia receptum non esse
acepimus, quod quæ in eo extant constitutiones, plere-
que in odium, & emulationem Philippi Frâcorum re-
gis editæ, & ad Romanæ aulæ quæstum excogitatæ ere-
dantur. Ut cunque se res habeat, quisquis in foro hodie
versari cupit, non parum eius libri lectione innari po-
test. Nec dissimilis est cæterorum librорum tum à Cle-
mente quinto, tum ab alijs promulgatorū ratio. Ex quibus,
si cum iudicio legatur, fructus & commodi plurimum
colligere licet. Quanquam enim libenter facio, ut iu-
uenes ad horum librорum studium adhorter: tamen ab
omnibus vitijs eos pertinaciter vindicare nequaquam
institui. Illud enim fateri vel inuiti cogimur, mores ho-
minum ecclesiæ titulo insignitorum ita paulatim dege-
nerasse, ut posteriores constitutiones pontificum ferè an-
terioribus cedant, ac de eis merito dici posse videatur
quod scribit Homerus,

παῦροι γαρ τοι πᾶσις ὁμοῖοι πάτερι πέλογται.
Οἱ τάλεονδε κακίους, παῦροι δὲ τε πατέρος ἀρέiss. Itaq; sicut
hoc tempore valde necessarium est, sacerdotum defor-
matos mores ad priscam religionem renocare: ita expe-
diret fortassis ex tot tantisque constitutionibus pontifi-
cijs, quicquid verius, sincerius, ac vilius est in breue a-
liquod volumen conferre. Nec id futurum aliquando
desperamus hoc præsertim pontifice Iulio 3. que rumor
est (atque utinam is vanus nō sit) de ruinis ecclesiæ ful-
ciendis & restituendis canonibus antiquis serio cogita-
re. Quo nihil potest in eius mētem ac cogitationē cadere
diuinius. Extat Hesiodi versus, quibus atatis sue vitia
deplorat, & se alio tempore natū non esse conqueritur.

Μηκέτ' επὶ τῷ ἀφελον ἐγώ πευκῆσι μετένναι
Αὐδράσσων, ἀλλ' οὐ πόσα γενεῖται ἔπειτα γνέδαι. Sed quoniam
his votis nihil proficitur, modis omnibus entendum est,
ut veteres mores ac instituta renocantes anreadam quan-
dam ex ferrea etatem efficiamus. Vetus est illud, Mo-
ribus antiquis res stat Romana, virisque. Qnod de Ec-
clesia & statu ecclesiastico multo verius dici potest. Nec
aliter censuerunt antiqui illi patres in conuētu Niceen-
si, qui ita decreuerunt, τὰ ἀρχαῖα ἐν κρατεῖτω. Quam
ad rem noster hic tractatus nonnihil ut spero adlumen-
ti allaturus est. Hoc enim mihi propositū fuit, ut sensim
ab heroicis etatibus ad nostrorū usque tēporum fecem
deueniens, priscos canones ac instituta primū, deinde
recētiores cōstitutiones in mediū adducerē: sed temporis
vbiq; habita ratione, quo edita, ac promulgata quæq;
fuit. Exempla quoque interserui, ex Eusebio, Sozomeno,
Socrate, Theodorito, Chrysostomo, Basilio, Gregorio,

P R A E F A T I O.

Hieronymo, Augustino, Cypriano, atque alijs veteribus
scriptoribus ecclesiasticis decepta, quos mihi ea ob rem
euoluere omnes non sine magno labore ac vigilijs ne-
cessè fuit. Itaque quisquis omnium seculorum, atque æta-
tū à Christo, & eius apostolis ad nostra vsque tēpora ca-
nones, decreta, cōstitutiones, ritus, morēsque ecclesiasti-
cos nosse, ac inuicē conferre volet, hi nostri libri si minus
satisfaciēt omnino, certè nō minimo ei futuros adiumen-
to cōfirmare ausim. Nam cùm hæc primum scribere ag-
gressus sum, mihi tantū animus erat, commentarios ad
memoria subsidium, & locos cōmunes de rebus in foro
vſitatis conscribere, qui mihi ad causas forenses tractā-
das vſui essent. Verum ab amicis persuasus, ut commen-
tationes meas cum studiosis communicarem, non ini-
tus feci, ut rerum omnium, quæ in iure pontificio dispu-
tantur, fontes indicarem ac patefacerem, quo ad plures
manaret nostrarum vigiliarum, si quæ sit, vtilitas, &
non ijs tantum qui foro & litibus dediti sunt sed cete-
ris etiam omnibus prodeßem. In ijs sane quæ ad forum
& iudicia præcipue spectant, modum adhibui, qui do-
cendi rationi & methodo, quam in toto hoc opere secu-
tus sum (haud scio, quām fœliciter) mihi conuenire vi-
debatur: nec singulas quæ incidere solent, quæstiones,
quæque ab alijs spinose subtiliterque disputantur, omni-
no hic agitandas esse putavi. Quanquam plerasque sic
attigi, ut verear, ne à quibusdam in ea re nimius existi-
mer, qui nihil de fece, quod aiunt, nos haurire facile pa-
tientur. Malè etenim docet, qui omnia docet. Idque à
nobis non multos ante annos satis demonstratum est in
eo libello, quem de docendi descendique iuris ratione

ad

ad And. Guillartum scripsimus, qui tum nobis ius cini-
le interpretantibus operam dabant, nunc prefectura li-
bellorum inuenis adhuc sed prudentia senili in regia,
summisque tribunalibus fungitur. Ac eleganter Chryso-
stomus: In lampadem, inquit, si parum instillaueris olei,
satis alimenti habet ignis: si in isto largius infuderis, e-
tiam quæ in ea est flammarum extingues. Nec minus ve-
nusta similitudine Iesus est Aristoteles, Græcè quidem, ut
et Chrysostomus, sed in hanc sententiam: Veratrum si
crassius sumptum fuerit, purgat: tritum verò ac commi-
nutum suffocat: sic et nimis anxia subtilisque in philo-
sophia disputatio. Quod ad elocutionem attinet, quid-
nam hic presbiterim, paucis dicam. Evidenter ut à no-
no illo et verè portento genere orationis, quod
barbari doctores condiderunt, multum semper ab-
horri: ita dedi operam, ut propriè, Latinè, ac di-
lucide res mirum in modum inuolutas et obscuras
explicarem. Nam ius pontificum, quod multos an-
nos iacuit, nec ullum habuit lumen Latinarum li-
terarum, nonnihil excitare ac illustrare conatus sum.
Idque tametsi consecutum me non profiteor, secu-
tum tamen esse præ me fero. Ac vehementer eos hor-
tor, qui maiorem dicendi facultatem sibi compara-
uerint, ut inchoatum informatumque à nobis opus
aliquando expoliant. Non enim hæc nitescere posse
diffidimus, modò egregius quispiam artifex operi
manus admoueat. Illud sanè omnino vitare non potui-
mus, ne rebus nouis noua quæda imponeremus nomina;
aut recepta vulgo retineremus: quanquā id à nobis mo-
dicè factū est, et cum ad id nos cogere inopia videbatur,

A iiiij

PRÆFATIO.

Licuit enim, semp̄erque licebit, signatum præsente nota
producere nomen. Quod & in philosophia Cicero ipse
fecit plerūque, & alij non pauci, quorum apud omnes
eruditos grauis est authoritas. Liuius quidem de summis
magistratibus Carthaginensium loquens, non Consules
eos, sed suffetes potius vocat. Itaque fastidij delicatissi-
mi est, ea verba contemnere ac despovere, quæ à nostræ
religionis authoribus, & veteribus theologis usurpata
sunt. Quo nomine Spiridion quendam episcopum apud
Cyprios concionantem, acriter obiurgasse fertur, ut So-
zomenus ait. Hæc de pōtificio seu canonico iure, deque
nostro instituto paulò fusiis prefari volui, ut quanta
sit huius iuris nō solum utilitas, sed etiam dignitas qua-
dam & amplitudo, ijs præsertim iuuenibus, qui libera-
lius instituti, cane peius & angue ius pontificium ope-
runt hoc tempore, planum facerem, & simul ostenderem
in re tenui, iciuna & abiecta, ut est quorūdam persua-
sio, tantam me operam non collocasse. Nam cæteris, qui
nulla re magis quam quæstu & lucro commouentur,
quales permultos alunt ferè Tribunalia, superuacanea
fortassis oratio nostra futura est: cùm hi vel eo solo no-
mine ius canonicum amplectantur, ac velut filiolam
exosculentur suam. Iis enim litibus, que ex rebus eccl-
esiasticis oriuntur, & iure magis pontificio quam ciuili
dirimuntur, omnia vix fora hodie sufficiunt. Cuius rei
duæ mihi præcipuae videntur esse causæ: una est, quia
personarum ecclesiasticarum, quæ iure pontificio regun-
tur, ea est multitudo ut populus uniuersus in treis ordi-
nes distribuatur, Sacerdotium, Nobilitatem, ac Plebem.
quorum omnium amplissimus est sacerdotum sine eccl-
esiasticorum

fasticorum ordo. Altera causa est, quia immensas ecclesiæ opes nemo non, quibuscunque modis potest, ad se rapit: innumerabiles eius rei gratia paßim excogitantur technæ & fraudes, veteres canones indignè miserabiliterque soluuntur: ut quæ inde nascuntur, controuerfiarum neque finis neque modus ullus reperiatur. Vnde fit, ut nulla alia ex re vberior quæstus ad causidicos, pragmaticosque redeat. Proinde qui ad quæstum omnia referunt, nec ullum sibi alium finē studiorum, scopumque proponunt, hi mea oratione non egent, quò ad studium iuris pontificij alliantur. Cum ijs igitur mihi res est impræsentiarum, qui cùm generosioris indolis sint, & literis elegatiорibus expoliti, ius pontificium ob eas, de quibus iam diximus, causas auersantur & fastidiunt. quibus nostra oratione iam aliqua ex parte satisfactū esse opinor. Nam isti vituperant factum, quod ab alijs unum laudatur maximè: quòd videlicet cum antiquorum canonum simplicitate, & granitate recentiorū argutas, ut dicunt, ineptias coniunxerimus. Est enim posteriorum canonum usus hodie maior & frequētior in foro. Sed illi fortassis de rebus forensibus admodum solliciti non sunt. Itaque illud eis obijciemus, quod elegans & festiuus poëta scribit: Non opus est nobis nimium lectore guloſo: Hunc volo, qui fiat non sine pane satur. Et sanè mirari satis non possum ista ab ijs despici, qui libros de sacris, sacerdotibus, ceremoniisque veterū ethnicorum cum voluptate legunt, eiūsque rei scientia, ut honesta ac liberali delectantur. Nam vt eis cōcedamus posteriorum pontificum decreta veteribus longè dissimilia esse, & quædā fortè in eis reperiri, quæ aliquā emē-

P.RÆFATI.O.

dationem correctionemque desiderent: tamen vicissitudinem illam admirabilem ac mutationem cognoscere inuitat, quam in nostra religione tot saecula pepererunt. Num minus libenter Neronis & Caligulae perditissimorum hominum res gestas legimus, quam Augusti, Traiani, Marci & quorundam aliorum, qui prudenter & feliciter Romano praefuerunt imperio? Est enim harum rerum cognitionis homine politico digna. Nec dubium est quin iura, quibus nunc utimur, pontificia ad statum publicum & politiam maximè spectent, quæ tametsi aliquando emendata immutataque fuerint, ut sepe res huiusmodi solent: tamen futurum auguror, ut eorum cognitionem nihilominus affectet posteritas, nec satis eruditus habeatur, cui haec ignota fuerint. Illud postremo hic admonere lectores volumus, quædam in his scriptis inueniri posse, quibus nondum supra manu imposita sit. Id enim nobis non licuit, cum otij temporisque satis ad ea recognoscenda, limandaque non suppeteret, & magna nos rationes impelleret, ne ultra editionem differremus. Idque eo nos æquiore animo fecimus, quod spes nobis sit multorum exemplo scripta nostra quanvis edita iam perulgataque, cum id necessitas poposcerit, emendare, & subinde opus sub incudem ita renoucare, ut nouissima quaque editione absolutius atque limatus in publicum prodeat.

L I B E R

LIBER PRIMVS
DE ECCLESIA ET MINI-
STERIIS ECCLESIASTICIS.

Argumentum,

QVONIAM via & ratione de beneficiis ecclesiasticis differere instituimus, operæ pretium nobis vi-
sum est ab ipsa Ecclesia initium facere: Deinde ministe-
ria, officiaque ecclesiastica sic describere, ut quid vnius-
cuiusque sit proprium, facile intelligi possit. Nam hoc
fundamento non iacto qui rem tractant beneficiariam,
se penumero eos perturbare omnia ac confundere vide-
mus. Quisquis enim nescit, quid sit Ecclesia, quid pote-
stas ecclesiastica, que admodum à politica differat, qui
sint episcopi, presbyteri, diaconi, hypodiaconi, & alij
huiusmodi ecclesiarum siue gubernatores, siue ministri,
hunc necesse est in magna rerum, quæ ad hoc argu-
mentum pertinent, ignoratione versari. Elementa si-
quidem hæc sunt totius iuris pontificij, quo utimur,
quodque tot voluminibus perscriptum nobis pontifices
reliquerunt. Sed & de monachis quoque aliquid attin-
gere oportet: idque eo magis, quia beneficia, quæ regu-
laria dicuntur, aliter satis commode explicari, cognoscique non possunt.

DE ECCLE- SIA, POTESTATE EC- CLESIASTICA ET CIVILI, AC DE VTRIVSQUE DISCRIMINE, Caput primum.



IVIT A S vna est inter Christianos, vnaque Resp. latè per orbem diffusa, nec ullo circumscripta loco: quam visitata iam receptaque appellatione Ecclesiam dicimus.

Huius sacrosanctæ & augustæ ciuitatis status in sacris, & sacerdotibus, & magistratibus consistit, ut de publico Romanorum iure scribit VL-

a. L. 1. de Iust.
& Iur.

pianus⁴. Nam etsi religionis & sacrorum procuratio omnibus aliis rebus antiquior nobis esse debeat: tamen imperio magistratus ad tranquillitatem inter homines tuendam est opus, sine qua ne religio quidem consistere potest. Itaque Iustinianus noster maxima Dei inter homines

b. Nouel. 6.

dona esse ait^b sacerdotium & imperium: quod vnum diuinarum rerum administratio, alterum humanarum gubernatio moderatioque sit. Non enim ut apud Hebræos quondam atque Romanos iidem & Reges erant & Pontifices: ^c Ita in Christiana Rep. idem homo vtranque personam sustinet & vtrumque munus exequitur: sed duæ sunt

c. Eusebius li-
bro 1. hist. eccl.
c. 5. c. clerici.
21. dist.

sunt functiones diuersæ, quarū vnaquæque plu-
 rimum operis habet ac difficultatis ^a. Commu-
 nis tamen est utriusque finis & scopus: nempe re-
 ligionis & mandatorum diuinorum in otio &
 pace conseruatio. Hinc Iustinianus noster de cō
 sensu & concordia rerum diuinarum & huma-
 narum, sacerdotij & imperij loquens, sympho-
 niæ verbo vritur. Eius verba hæc sunt ^b: οὐ τὸ τέλος τὸ διάτημα τὸν εἰναι τὸν
 ὄπερά τε, καὶ ἀνθρώπινα σωδρα, μοῦντα μὲν συμφωνίαν τὰς
 ὅρθιας ποιήσασθαι θέλουσι. Nec minus imperium ma-
 gistratus, quam sacerdotium à Deo constitutum
 est, ut docet Paulus ad Rom. ^f Sunt enim magi-
 stratus & sacerdotium velut vnius corporis, id
 est, Ecclesiæ duo membra præcipua: quorum al-
 terum alterius auxilio eget. Sed eò sacerdotium
 magistratu dignius habetur, quod hic corpori
 & rebus externis, illud animæ ac spiritui potissi-
 mum seruiat ^g. Itaque harum gubernationū al-
 tera spiritualis vulgo dicitur, quia spiritus & ani-
 mæ tantum est curatio: altera temporalis, quia
 non æternarum rerum ac spiritualium admini-
 stratio est, sed externalium potius & corporaliū,
 quæ ad temporariam hanc vitam pertinent, &
 pro tempore mutationē recipiunt. Id satis osten-
 dit Valentiniā imperatoris oratio de Ambro-
 sij ad episcopale munus promotione, apud The-
 odoritum ^b. Nam cum Ambrosius, qui tum Prae-
 tura fungebatur, omnium suffragiis electus esset ^{b. lib. 4. cap. 7.}
 episcopus Mediolanensis ecclesiæ, exultans gau-
 dio Valentinianus, dixit se gratias agere Deo,
 quod

<sup>d.c. duo sunt.
96. distin.</sup>

^{f. cap. 13.}

^{g. d.c. duo sunt.}

^{b. lib. 4. cap.}

DE SACRIS ECCL. MINIST.

quod is animorum curationem ei viro tradidisset, cui ipse antea corpora commiserat'. Tametsi autem Ecclesia, cœtus ac multitudo Christianorum omnium, fideliumque sit: tamen aliter non nunquam accipitur in iure pontificio: nempe pro collegio & conuentu sacerdotum, ac ministrorum doctrinæ diuinæ, qui clerici appellantur. hinc potestas ecclesiastica, à ciuili seu politatū de testa. tica distinguitur. Sed de vtriusque potestatis dicē cū clericī de scrimine & officijs videndum est, & ab ecclesiastica tanquā sublimiore digniorēque incipiēdū. Ne prael. vi- ces fias.

De potestate & iurisdictione ecclesiastica. Cap. 2.

Sacerdotum functio & officium latissimè patet. Nam præter docendi munus, administrandi sacramenta, ordinandi ministros Ecclesię, & quædam alia, quæ non sunt instituti nostri, potestatem habent aliquas veluti leges condendi de ceremoniis, & aliis id genus, vt omnia decenter & ordine fiant. Item de rebus in religione obscurioribus iudicium faciunt: ac si quæ dubitatio emerserit, eorum cognitio est, non magistratum ciuilium'. Causam enim fidei in Eccl. agendā quis abnuat? inquit Ambrosius m. fac. eccl. m. c. cōuenior. 23. q. 8. Praeterea iurisdictionē aliquā, & coercitionē habēt in Ecclesia, quoniā absque disciplina aliqua munus suū tueri non possunt. Ea autē disciplina duplex est: Vna populi, altera cleri. Nam populū sibi commissum, corripiendi castigandique, & à sacra communione arcēdi ius habent, ob graue

ue scilicet delictum & contumaciam, quæ no-
ceat Ecclesię^{n.} Quæ potestas nihil detrahit im-
perio magistratus, quia nihilominus coercere, &
legitimis supplicijs delinquentes afficere ei licet
°. Potest & sacerdotibus obſistere, si temerè & o. l. i. C. de
ob alias cauſas, quām quæ canonibus expreſſe sum. trin. l. pl. a.
ſint, quempiam à communione ſummouerint p., cet. C. de fa-
ut paulò poſt docebimus. Ad hæc delicta quæ- cr. eccl.
dam ſunt, quæ legibus non puniuntur: vt Vſura,
concubinatus, periurium, &c. correctioni ta- p. No. 123.
men Ecclesię ſunt obnoxia, & ideo crimina ec-
clesiaſtica appellantur. Hæc de cauſis criminali-
bus. Caufe verò ciuiles laicorum in Ecclesia nō
iudicantur, niſi quæſtio aliqua de fide, aut re a-
lia ſpirituali occurrat^{q.}, aut niſi conſentiant litigatores^{r.} Non ignoro Theodosium imperato-
rem Romanum legem promulgasse, qua cautū r. l. ſi qui ex
erat, vt lites omnes & controverſie forenses ad cōſenſu. C. de
iudicium Ecclesię remitterentur, niſi alterius li- ep. aud.
tigitorum id poſtularet. Quæ lex à Carolo Ma-
gno poſtē renouata, conſirmatāque fuit s. Sed f. c. quecun-
mutatis episcoporum moribus, in desuetudinē que. II. q. I. c.
abiit, vt credibile eſt, vtraque conſtitutio. Nec nouit. de iud.
verò dubium eſt, quin sacerdotibus teges omnes
ac principes in huiusmodi rebus cedere, ſequere
eis ſubiectos agnoscere debeant^{t.} Quamobrem t. c. quoniam.
Valentinianus imperator, cùm de episcopi cu- 18. diſtin. c.
iſdam elecione ageretur, ita locutus eſt facer- quis dubitet.
dotibus: Talem in pontificali conſtituite ſede, c. duo ſunt.
cui & nos, qui gubernamus imperium, ſyncerè „ 96. diſt.
capita

n. ca. Nouit.
de iudic.

q. d. ca connex-
nior. d. l. om-
ni inouatione.

r. l. ſi qui ex
erat, vt lites omnes & controverſie forenses ad
cōſenſu. C. de
ep. aud.

f. c. quecun-
que. II. q. I. c.
nouit. de iud.

t. c. quoniam.
18. diſtin. c.
quis dubitet.
c. duo ſunt.
96. diſt.

„ nostra summittamus, & cuius monita, dum tan-
 „ quam homines deliquerimus, necessariò veluti
 „ curantis medicamenta suscipiamus. & Con-
 „ stantinus ad episcopos cōuentus Niceni: Deus,
 „ inquit, vos constituit sacerdotes, & potesta-
 x. hysto. eccl. tem vobis dedit de nobis quoque iudicandi.
 lib. 10.

y. d. c. duo Proinde Innocent. pont. Rom. Arcadium im-
 fūnt. peratorem à sacra cōmunione summóuit, quia
 cōfenserat, vt Ioannes Chrysost. à sua sede pel-

leretur. Et Ambrosius Valentiniano Impera-
 tori fortiter obſtitit iubenti, vt templum sed ém-
 que suam Arrianis cederet. Sed nihil est ea hi-
 storia memorabilius, quam Theodoritus lib. 5.
 describit de Theodosio Imp. quem idem Am-
 brosius cū Mediolanensis episcopus eſſet, non
 ſolum exclusit à communione & ingressu tem-
 pli: ſed etiam ad publicam pœnitentiam deponi-
 ta purpura, omniq[ue] regiō ornatu, adegit: quòd
 apud Thessalonicam aliquot millia hominum
 indicta cauſa, iipſius iuſſu trucidata eſſent: vt ne-
 ſcias, maiorēmne episcopi libertas, an Impera-
 toris obedientia animiq[ue] demiffio admiratio-

z.c. cū apud. nem mereatur. Ac vt eius rei perpetuum ſu-
 zl. q. 3. pereret ſ monumentum, pleniorque eſſet ſatisfac-
 ctio, ſuis monitis & exhortationibus perfecit

quoque Ambrosius, vt legem promulgaret Imperator, quæ etiamnum in Codice Iustiniani in-
 ter constitutiones Imperatorias extat^b. in hæc
 b. tit. de pœ- verba, Si vindicari in aliquos ſeuerius cōtra no-
 nis. l. ſi vindicari. ſtram conſuetudinem pro cauſa intuitu iuſſeri-
 mus,

AC BENEFICIIS LIE. I.

mus, nolumus statim eos aut subire pœnam
 aut excipere sententiam. Sed per dies triginta su-
 per statu eorum sors & fortuna suspensa sit. Ea-
 dem humilitate ac deiectione usus est Federicus
 primus, qui Ænobarbus est appellatus, in Ale-
 xandrum III. pontif. Ro. sed vi & armis, ne di-
 cam tyrannide pontificis coactus, qui Impera-
 torem pro templi foribus humili prostratum pe-
 dibus calcasse fertur, ac illud ex sacris literis pro-
 nunciari iussisse: Super aspidem & basiliscum am-
 bulabis, concubabis leonem & draconem. Nec
 verò aliorum principum necessaria est comme-
 moratio, qui à pontificibus Rom. excommuni-
 cati sunt & anathemate notati: cùm in manibus
 omnium sint historiæ, & quæ adduximus exem-
 pla, ad id quod instituimus demostrandum suf-
 ficiant. Quod ad disciplinam clericorum atti-
 net, notandum est, ob quasunque causas laici
 castigantur ab Ecclesia, multò magis eos punie-
 dos esse. Sed magistratus nihil secius in eos ani-
 maduertunt, postquam à suis antistitibus depo-
 siți, ac de gradu suo deiecti fuerint: nisi crima-
 fint ecclesiastica^c. Ecclesiastica voco nō ea tan-
 tum, de quibus locuti sumus, concubinatum,
 periurium, &c. sed etiam venationem, bellum,
 aut negotiorum secularium tractationem, aliá-
 ve id genus, quæ clericis interdicta sunt, cæteris
 non item. Nam de iis non cognoscunt magi-
 stratus^d. De causis verò ciuilibus clericorum d. d. not. 83.
 non sacerdotes olim, sed præsides & magistra-^e 123.

B tus

DE SAC. ECCL. MINIST.

e.l.cum cleri-
cis.l. omnes.l.
Iubemus. C.
de ep. & cle.
f. d. No. 83.
& 123. c.
quis 11. q. 1.
g.c. significa-
sti c. si dilige-
ti de foro .cō.

tus cognoscabant^c. Sed ne auocarentur à mini-
sterio suo, & vt promptius lites finirentur, Iusti-
nianus ciuilium quatundam causarum cogni-
tionem eis permisit: sed ita vt liberum esset vi-
cto, sententiæ contradicere, & ad citiilem ma-
gistratum prouocare s. Verùm constitutiones
Romanorum pontificum huic iuri non parum
derogauerunt: quibus cautum est, non solum vt
clericis ad magistratus tribunal inuiti non tra-
hantur, sed vt ne volentes quidem iurisdictioni
magistratus se subiicere possint, siue ciuilis sit, si-
ue criminalis causa s. Qua de re videnda sunt,
que Gratianus ex variis authoribus collegit que-
stione prima causæ siue hypotheseos vndecimæ.

De pœnis & coercitionibus ecclesiasticis. Cap. 3.

Quod autem diximus de coercitione, quam
habent sacerdotes tum in clerum, tum in popu-
lum, id paulo longiorem explicationem deside-
rat: quia nondum satis demonstratum est, quo
genere coercitionis possint vti, & varia comme-
morantur pœnarum genera in antiquis, recen-
tioribusque canonibus, quarum vt grauissima,
ita etiam visitatissima fuit olim exterminatio il-
la, quam canones ἀφερούσι, & ἀνάθημα, nos excom-
municationem vulgo appellamus. Eaque vti ad-
uersus quenquam non licebat, nisi ex graui ali-
qua causa, propter quam canones id fieri iube-
rent, vt ait Iustinianus^b. Nam is qui excommu-
nicatus

b. Nou. 123.

nicatus & anathema factus est, non solum à sacris summoetur, verum etiam ab hominū consortio, quasi aqua & igni quodammodo interdictum ei sit. Estque hoc pœna genus illi non dissimile, quo Druydes sacerdotes Gallorum olim usos fuisse testatur Cæsar: his verbis: Si quis aut priuatus, aut publicus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos est gravissima. Quibus est interdictum, iij numero impiorum ac sceleratorum habentur, iis omnes deceidunt, aditum sermonemque defugint, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis potentibus ius redditur, neque locus ullus communicatur. Solebant quoque Græci ἀρισταῖς τῆς ἀποφῆται, καὶ τῷ ἱερῷ, id est, foro & sacrificiis arcere. Cuius pœna pleraque in Græcis auctoribus exempla reperiuntur. Sed & Plinius testatur, regem Arabum morte multari, nullo interimento, auersantibus cunctis, & commercia etiam sermonis negantibus. Magnus autem est huius excommunicationis usus propter disciplinam ecclesiæ & excommunicati emendationem. Est enim neruus ecclesiasticæ disciplinæ, ut verè Innocentius quartus ait^m. Nec ut perreat quis, ideo excommunicatur, sed ut pudore susfensus resipiscat tandem, & ad frugē bonā redeat. Quod cum acciderit, absolvitur & ad sacram communionem admittiturⁿ. & haec sunt claves regni cælorum, potestasque ligandi & soluendi, quam Christus apostolis suis eorumque suc-

*i.lib. 6. de bel.
Gal.*

i.lib. 6. c. 23.

*m.c. Cūnter.
de vnsue.*

n.ca. iter hæc.

33.q.2.

B ij cessori-

DE SAC. ECCL. MINIST.

a. c. audiui-
mus. c. quod-
cunque. 24.
q. i.

cessoribus concessit^o. Quod est accipendum, si quis simpliciter excōmunicatus fuerit. Si enim inter sacros homines, & vt Græci dicūt ἀνθρωπεῖ τοι habitus sit auctoritate Ecclesiæ propter atrocissimum fortè scelus aliquod, omnis ei spes veniam ut plurimum adimitur^p. Sed quo grauior est pœna, eo apud Deum futurus est acceptior, si Ecclesiæ iudicium æquo animo ferat, hōcque dñe. 17. q. 4.

p.c. engeltru-
dam. 3. q. 6. c.
nemo. 11. q. 3.
c. si quis sua-
dete. 17. q. 4.

commodo seueritas condemnationis compensatur & mitigatur. Verū animaduertēdum est non temerè quenquam olim absolui consueisse absque castigatione aliqua propter exemplū, vt dixi, & vt exploratū esset, eum serio ad Ecclesiam redire. Itaque ut satisfaceret Ecclesiæ quam læserat, & simul pœnitentiæ suæ, ac mutata voluntatis clarum documentum præberet, plorans & sordidatus publicè absolutionem petere co-
g. c. cum ali-
quis. 11. q. 3.

gebatur^q. Sed hæc satisfactio ex causa aliqua honesta aliquando remittebatur, sicut & plerique alii pœnæ ecclesiastica alicui infliguntur. Eaque remissio quæ indulgentia vulgo appellatur, res est apud nos hodie frequentissima.

r. not. it. quæ
autem. ad pe-
et remis.

Præter hanc excommunicationem, quæ tam clericis quam laicis varias ob causas irrogatur, aliæ sunt pœnæ ecclesiasticae, quibus clerici præcipue affici solent. Nam ministerio, officioque suo vel ad tempus, vel in perpetuum iis interdictum^r. Fitque interdum hæc interdictio simpli-

f. .. presby-
ter. 2. q. 5.
t. c. si quis vi-
dua. 5. dist.
c. si quis amo-
do. 81. distin.

citer & sine adiunctione, interdum adiicitur, ut nudum honoris gradusque sui nomen retineat
absque

absque administratione. Qua pœna Melitiū episcopum aliquādo multatū fuisse scribit Theodorus^v. Aliquando etiam augendæ pœnæ causa exprimitur, vt in monasterium cōiiciatur & includatur^x. Est & pœna carceris iure pontificio recepta^y. Quamuis à iuris ciuilis authoribus nō probetur^z. Sed & curiis olim tradi solebāt, eisdē seruituri, ac ex clericis siebant curiales, quorū in iure ciuili crebra est mentio^b. Verūm curiā interpretati sunt quidam pontifices potestatē ciuilem, & magistratū, cui traduntur solenni exau-thoratione præcedente, quam degradationē vocat, vt magistratus in eos animaduertat^c. Quod nō è dico, vt eiusmodi exauthorationē iprobē, aut magistratus animaduersionē in criminibus, quæ ecclesiastica nō sunt. Cuius etiam meminit Iustinianus in locis suprà adductis: sed morē in Ecclesia receptū nocētes clericos tradēdi suppli-cis afficiēdos, veteribus cognitū fuisse vix mihi persuadeo. Huius autē pœnæ exemplū est apud Iustinianum^d; cùm iubet presbyteros aut diaconos, qui post ordinationem vxorē ducunt, cutiā cū bonis suis tradi. Meminit & Theodoritus^e. Sed notandū est eos, qui ita cōdēnatī essent, honore & priuilegiis curaliū siue decurionum frui solitos non fuisse, quanuis onera omnia curalia subirent, vt ex nouella Iustiniani XL V. de Iudeis, Samaritanis & hæreticis facile colligitur. Ac de iis curialibus, quos Maiorianus in quadā cōstitutiōe seruos Reip. vocat, multa apud Gra-

*v.lib. 1. c. 9.**tripar.lib. 2. c.**12. c. presby-**ter. 28. disf.**c. presbyteros**50. disf.**x.c. si episco-**pus. 50. disf.**y.c. quanuis.**de pœ. in 6.**a.1. Aut dā-**nū. de pœns.**b.c. clericus. 3.**q. 4. c. si quis**sacerdotium.**c. statuimus.**ii.q. 1.**c. c. ad falsa-**riorū. de cri.**fal. c. noni-**mus. de ver.**fig. c. degra-**datio. de pœ.**in 6.**d. No. 123.**e.lib. 4. c. 22.**trip. bīst. lib.**7. c. vii. ⑧**lib. 6. c. 7.*

D E S A C . E C C L . M I N I S T .

f.33.51.53. di- tianū leguntur^f, quæ à proposito nostro alienio-
stinct. ra sunt, & aliæ forte à nobis explicabūtur Repe-
ritur & inediæ siue ieiunij pœna in iure pontifi-
g.c.presbyter. cij o. Item infamia atque adeò supplicij corpo-
82.diftin. ris o. De exilio, & deportatione loquitur Grego-
8.c. ante om- rius in quadam epistola decretali^h. Ex quo appa-
nia 35. dift. c. eōspirationū. ret iudicia ecclesiastica à magistratum animad-
11.q.1.c.1.23. uersione non multū differre, si recentiorū cano-
q.5. num sine delectu ratio habeaturⁱ. Sed magistra-
h.c.1.de caſū. tus nostri yisquequaque non permittunt, vt à ve-
i.not.in c.qua- terum canonū præscripto hīc recedatur. Ac in
liter.de accus. memoria repeto damnatū fuisse non ita pridē iudi-
1.c.licet.de pa- cijo curiæ centumuiralis archiepiscopū Biturigū,
tinere decet^j. Idque exéplo Theodosij Impera-
toris, qui se hoc cauere ait, ne in iis quæ ad mo-
rū correctionē spectat, fisci rationē habere videa-
m.L1.C.de fe tur^m. Quatenus autē eā pœnā irrogare liceat, co-
cun.nup. piōse docet Felinusⁿ. Sed istituti nostri est in hoc
n.in ea. Irre- exordio capita rerum attingere, nō ea sigillatim
fragabili. de pertractare, quæ propriā disputationē requirūt.
offic.ordin.

An ius gladij habeat Ecclesia. Cap. 4.

Ex his cōstat sacerdotes iurisdictionē aliquā
tam in populū, quām in clerū semper habuisse:
sed

sed olim moderatius aliquāto exercebatur, nulla vi corporali adhibita. Sed incorruptius ac finiterius & magis ex vsu, ut arbitror, Ecclesiæ. Cuius rei vel illud argumentum est, quod Eugenius secundus instituisse carceres & vincula ad clericos coercendos primus omniū fertur. Nunc ea pœnarū genera excogitata & vſitata sunt, vt iurisdictio ecclesiastica à gladij potestate nō multū discrepet: cùm tamē nullo vñquā tēpore tanta fuerit morū corruptio in Ecclesia. Sed nec ea iurisdictio ab episcopis ipsis nūc exercetur, quod olim non solum magna cū grauitate, & decore, sed etiam lenitate ac simplicitate fiebat, sed à vicariis quibusdā iuridicis, qui officiales vulgo dicuntur. Quorum auditoria calumniis, imposturis ac strophis forensibus quæcunque regia ac prophana tribunalia longè superant. Gladij igitur ius & imperium non habent sacerdotes, sed magistratus civilis, vt clarè testatur Christus, cùm ait: Regnum meum non est de hoc mundo, » & Reges gentium dominantur eis. Vos autem, » non sic. Nam & Petrus præcipit eis, vt pascant gregem non dominantes. Inde Hieronymus ad Nepot. Episcopi, inquit, sciant se sacerdotes esse, non dominos^o. Itaque dicuntur non habere territorium, nec prehendendi, summo-^{o.c.est.95. di-}
stinct.
 uendique facultatem^p, magistratibus quibus^{p. I. pupillus.} Romanis non dissimiles, qui ut Gellius ait^{§. territoriū.}
^{q. lib. 12.} vocationem habebant, non prehensionem.^{de verb. sig.}
 Nam & Iustinianus noster episcopos nō domi-

B iiiij nos,

DE SAC. ECCL. MINIST.

v. Nov. 81.

nos, vt hodie vulgo appellari solent, sed spiritalles patres vocat^r. Nec nos mouere debet, quod plerosque sacerdotes, atque ecclesiæ imperium illud, quod à iureconsultis dicitur merum, omnemque iurisdictionem exercere videamus. Ea siquidem potestate nō vt sacerdotes, sed vt Duxes, Comites, ac domini utuntur. Quod non videtur usquequaque improbadum esse, modò ea gubernatio à spiritali procuratione eos nō auertat. Nam sicut prædia sibi donata à principibus aut aliis propria habere ac retinere possunt: ita & iurisdictionē, quæ cū prædiorū donatione transfertur. Præterea quid vetat dominū ac principē ciuitatis alicuius, aut prouinciae, si idoneus reperiatur, episcopū creari? Quod si vsu venerit, nemō dixerit, opinor, cū facultates ac patrimoniu suū descrere oportere: quasi id retinēdo, episcopali munere fungi nō possit. Certè apud Theodoritū, cuiusdā Iacobi mētio est, qui eiusdē ciuitatis & princeps & episcopus fuit. Sed ea iurisdictionē nihil cōmune cum sacerdotis officio habet. Ideoque cūm eā exerceat sacerdos, aut eius nomine aliis, duplē gerere personā intelligitur. Itaque ab eorū iudiciis nō synodi, nō episcopi, non archiepiscopi, nō denique Romani pōtifices: sed rex tantū, ac iudices regij appellātur. Hinc etiam vulgo traditū est, secundū leges civiles & regias eā iurisdictionē exerceri debere^t. Nolim tamen episcopos neglecta propria functione prophana tractare negotia, nisi fortè necessitas aliqua vrgcat.

f. lib. 2. c. 30.

t. gl. in c. vlt.
de præser. c.
quo iure. 3.
distin.

geat. Idq; Eusebij illius exēplo, quē Theodoritus
scribit militari ornatū & thyara capiti impositā v.lib. 4 c. 13.
Syriā circumeuntē presbyteros & diaconos cre-
asse. Sed plerique sunt nostro tēpore à religione
& sacris, quām quiuis Satrapæ, & prīncipes pro-
phani longè alieniores. Nec aliud eis curā est,
quām ut ditionem & possessiones suas quo iure
quāque iniuria tueātur & augeant. Similes enim
planē sunt Demadi illi Atheniēsi, qui nolētibus
Atheniēsibus diuinos honores Alexādro decer-
nere. Vide te, inquit, nedum cālū custoditis, ter-
ram amittatis. Ac mihi nunc venit in mentē fa-
bellæ, quā Fulgosius ille, qui Ligurū imperio de-
iectus fuit, lib. sexto suorum collectaneorū refert
in hanc sentētiā: Cūm archiepiscopus idēmque ”
dux Coloniæ Agrippinæ in Germania per quen-
dam pagum iter faceret, & ingens armatorum ”
numerus more gentis eum prosequeretur, forte ”
fortuna bubulcus nescio quis eū aspiciens, vehe- ”
mentius ridere cœpit. Ac interrogatus quānam ”
tanti risus causa esset, respōdit valdē sibi ridicu- ”
lum videri, quodd Petrus apostolus sacerdotalis ”
ordinis princeps, in tāta inopia vitā egisset, vt e- ”
ius successores adeò locupletarētur, & regibus sa ”
trapīsq; pares fierēt. O biicité verò archiepisco- ”
po personā se duplice sustinere, ducis scilicet, & ”
episcopi: & tū ducis munere fungi, cūm armat⁹, ”
satellitiōque stipatus incedit, in sacra autē æde e- ”
piscopū ac sacerdotē agere, multo majorē cachin ”
nū sustulit rusticus. Denuo igitur causā rogatus,

Velim,

DE SAC. ECCL. MINIST.

„ Velim, inquit, hoc vnum abs te doceri, cum huc
ducem cuius personam geris, iam fato functum
cacodæmones ad inferos rapient, quoniam iturū
esse episcopum existimas? Excipitur tamen pon-
tífex Romanus constitutione Bonifaciana, qua-
si ius gladij habeat in omnes Christianos, sed v-
sum & executionem sponte regibus concedat,
negotijs spiritualibus nimis scilicet districtus &

x. extran. V. & occupatus ^a. Itaque conferendi regna totius
nā sanctā. de orbis Christiani, & eadem auferēdi potestatem
ma. & obed. sibi vindicat ^b. Et certū est Chilpericum regem
y. c. venerabi Francorum hominem minimè malum ac sim-
lem. de elect. plicem à Zacharia pótifice deiectū regno & pi-
c. ad apostoli- cae. de re iud. pinū in locū eius suffectū suisse ^c. Alius quoque
in 6. cle. Ro. pontifex nomine Leo Carolum Magnum crea-
mani. de Iu- uit Imperatorem, & imperium ex Græcia Ro-
reiu.
a. c. aliis. 16. main transtulit. & Innocentius quartus habitu
q. 6. conuentu Lugduni Federicum secundum, Im-
b. d. c. ad apo- peratorem Romanū abdicauit imperio ^d. Qui-
stolicæ. bus exemplis admonemur pontificem Roma-
num tanquam monarcha sit, in omnes impera-
tores ac reges imperium exercere, & quicquid
habent imperij ac maiestatis reges ac imperato-
res, id ab Ecclesia Romana omnino pendere.
e. clem. pasto- Quod & Clemens quintus in concilio Vien-
ralis. de re iu- nensi constituit ^e. Sed ea constitutio sic disipli-
dic. cuit nobili iuris consulo Cyno Pistoriensi, ut eam
quasi ex pontificiorum errore profectam notare
ac eleuare non dubitauerit. Atque ita senserunt
plerique alij non contempnendæ authoritatis iu-

reconsculti. Battolis verò eam perfundorū &
 dicis causā , vt ita loquar , tueri videtur ma-
 gis , quām verē & ex animo . Idque apparet
 primū ex eo quod fluctuat ille contra morem
 suum , nec certam profert sententiam . Deinde
 quia non obscurè significat ideo se eam consti-
 tutionem defendere , quod in loco Ecclesiæ Ro-
 manæ subiecto maneat ^d . Extat sanè cōstitutio ^{d. Bar. in l. x.}
 Clementis V. qua Bonifacianam sic interpreta- ^{de req. reis.}
 tur , vt Francorum regem non aliter pōtifici Ro-
 mano subiectum esse dicat , quām ante eam cō-
 stitutionem fuerat . Idque in Philippi Pulchri
 Francorum regis gratiam se facere testatur , qui
 grauem ea de re contentionem cum Bonifacio
 habuerat ^e . Quale verò hoc beneficium ponti- ^{e. extra u. msc.}
 fiscis in regem fuerit , alijs viderint . Ego certè ne- ^{ruit. tit. de pri-}
 minem paulo saniorem , eruditiorēmque hoc tē- ^{uīl.}
 pore esse arbitror , cui incepsum illud Bonifacij
 probari possit . Ac maximè verendum est , si tales
 esse pergent reliqui , ne D. Bernardi vaticinium
 tandem verum esse comperiamus , qui ad Euge-
 nium pontificem Rom. scribens de vtroque gla-
 dio : Vtrunque , inquit , habere si voles , vtrunque
 perdes ^f . Traditum est in Metroë , Iouis sacerdo- ^{f lib. 2. de cō-}
 tes adeò superstitione impletæ animos , vt non- ^{fid. ad Eug.}
 nunquam missa nuntio necem regi Æthiopiæ
 demādarēt nullo detrectātē , aut mandatū iussio-
 né inve abnegatē : donec ad Erganē regé perue-
 nit , qui omnes occidit & sacerdotiū fustulit .

De ciuili gubernatione . Cap. 5.

DE SAC. ECCLE. MINIST.

g.c. questum
23. q. 4.
b. Roma. 13.
i.c. nō frustra.
23. q. 5. l. 1. de
Iust. & iur.
l.c. te quidem
21. q. 1.

Politica gubernatio magistratus, à Deo per-
inde constituta est ac sacerdotium ipsum, vt an-
tē diximus^s. Quod adeò verum est, vt ita senser-
int ethnici. Inter quos Homerus disertè ait re-
gis imperiū à Ioue proficisci. Versus eius hi sunt,
lib. 1. Iliad. ἐπεὶ οὐ ποθὲ ὁμοίος ἔμμορφος τιμῆς σκηνῶν χρέος βα-
σιλεὺς, ἀτέ γενός καύδος ἔσθωκεν. Et li. 2. θυμὸς δὲ μεγάς ήσι διο-
τερφέος βασιλῆος. Τιμὴ δὲ ἐκ δόσεως ήσι. φιλέει δέ εἰ μητέρα γενός.
Id enim natura est insitum hominibus, authore
Aristotele. Quare cùm id ius naturale sit, id
est, à Deo naturaliter mentibus nostris inditum,
necessere est, vt & diuinū quoque dicatur. Id do-
cet Paulus^b, cùm ait, Omnem hominem potes-
statibus excellentibus subditum esse debere, nec
magistratum sine causa gladium gestare, cùm ad
vindicanda scelera Dei minister sit. Quos enim
doctrina & exhortatio sacerdotis compescere
ac meliores efficere nequit, hi metu suppliciorū
abstinere à flagitijs per magistratum cogunturⁱ.
Petrus quoque nos admonet, vt regem honore
prosequamur, vtque non tantum ei, sed etiā pre-
sidibus ab eo missis ad nocentium vindictam &
laudem rectè agétiū parcamus. Magnum igit-
ur Dei donum est, & non mediocris usus inter
homines hæc potestas, quæ rerum omnium ad
incolumitatem status publici spectantium gu-
bernationem complectitur. Sola enim sacerdo-
tibus relinquitur Ecclesiæ rerumque ecclesiasti-
carum ac spiritualium curatio^l. Sed potestas hæc
ciuilis vtcūque delibata primūm à sacerdotibus,
deinde

deinde sensim ac pedetētim adeò imminuta est,
ut ad extremū penè in ordinem redacta sit. quod
iam à nobis demonstratum est. Illud præcipue
hīc tractandum occurrit, an principes seu magi-
stratus in Ecclesiam, résque aut personas eccle-
siasticas imperium aliquod & potestatem ha-
beant, & sciendum est verbis tam Petri, quam
Pauli suprà recitatis, quia generalia sunt, etiam
clericos & personas ecclesiasticas contineri ^{m.c.magnum}.
De Romanis pontificibus aliquid suprà attigi-
mus, quorum aliqui Imperatorem dominum
suum nominare haudquaquā veriti sunt ⁿ. Alij
etiam ipsius iudiciū libenter, aut æquo certè a-
nimo subierunt ^o. Sed hoc nimis sanè odiosum
hac tempestate argumentum omittamus. Notā-
dum est præterea magistratum siue principem
non modo corporis substantię que nostræ cu-
stodem esse, quasi ad vim atque iniuriam prohi-
bendam tantum cōstitutus sit: sed etiam religio-
nis & cultus diuini, quod ad externam discipli-
nam attinet. Quanuis enim legibus ciuilibus, ea
præcipue contineantur, quæ ad arcendam iniuriam
tuendamque pacem pertinēt: tamen & de
plerisque alijs rebus ad honestatem aliquam, &
maximè ad religionem spectantibus leges fiunt.
Quarum omnium custodem esse magistratum
Aristoteles ait. Tria siquidē iuris præcepta sunt,
quorum primū est honestē viuere: eiūisque præ-
cepti multa exempla sunt in iure ciuili, de qui-
bus alibi diximus. Nec me latet de rebus sacris

^{n. c. sacerdo-}
^{tibus. II. q. 1.}

^{c. Saloniāna.}

^{63. dſt. c. quo-}
^{ties. I. q. 7.}

^{o. c. nos si in-}
^{competenter.}

^{2. q. 7.}

ac spiritualibus iudiciū esse ipsius Ecclesiæ. Nam synodi episcoporum ac presbyterorum de rebus sacris rectius, quām prophani homines iudicare

*p. d. l. omni possunt p. Quod satis animaduertit Alexander
innovatione. Rom. imperator, quanuis Christianæ religioni
C. defac. eccl. addic̄tus non esset. Sic enim de eo scribit Lam-
d.c. cōuenior. pridius. Pontificibus tantum detulit & quindecim viris, atque auguribus, ut quasdam causas sa-
crorum à se finitas iterari & aliter distingui pa-
teretur. Nec alienum est à proposito, quod de Leontio Tripolitano episcopo à scriptoribus ec-
clesiasticis memoria proditum est. Cùm enim Constantius Imperator in conuentu episcopo-
rum de ecclesiasticis multa verba faceret, & pro-
mulgaret constitutiones, omnibus alijs appro-
bantibus, hic solus obstinate tacuit. Ac scisci-
tante imperatore cur ipse loquentibus cæteris
solus taceret, respondit se cogitabundum mi-
rari apud se, quòd à proprijs negotijs tantum
ei superesset otij, aliena vt curaret. Quanuis
autem de rebus sacris iudicium sit Ecclesiæ,
vt diximus: tamen vbi semel constituta sunt
ac iudicata, magistratus officium est Ecclesiæ
iudicia & decreta tueri & conseruare, si id ne-
cessarium esse perspexerit. Itaque blasphemias,*

*q. c. quando. hæreses, & omnem impietatem externam pu-
23. q. 4. c. de- nit & vindicat^{q.} Sacerdotes item in officio cō-
Liguribus. c. tiner magistratus, disciplinam ecclesiasticā con-
quali. 23. q. 5. stituit ac reformat^{r.} Quorsum enim tot consti-
r. c. filys. 16. tutiones principum editæ sunt de officio sacer-
q. 7. dotum*

dotum & disciplina ecclesiastica, nisi eas execu-
tioni mādare possint? Quales permulte sunt Ro-
manorum imperatorum lib. i. C. Iustinia. & lib.
⁷ vesp̄. Sed multo plures extāt principum Gal-
liæ antiquorū, & Caroli Magni præsertim, bre-
ui, vt spero, in lucem exituræ, vt de recētioribus
taceam, quæ nemini non hodie in Gallia cogni-
ta sunt. Ex quibus facilè perspici potest, princi-
pem leges condere posse, quibus episcopi cæte-
rique omnes Ecclesiæ ministri ad canonum ec-
clesiasticorum, veterisque discipline obserua-
tionem in regno ac ditione sua cōpellantur. Eoque
iure atque authoritate post hominū memoriam
vsi ferè sunt reges nostri, non tantum in Galliæ
sue episcopos, sed in ipsis etiam pōtifices Rom.
si quid in finibus Galliæ aduersus canones & di-
sciplinam ecclesiasticam moliri viderentur. Hu-
iusque libertatis expressissima quotidie vestigia
conspiciuntur in summis tribunalibus, cùm à re-
scriptis Romani pontificis appellations in-
terponuntur. Nam etsi ab executione eiusmodi
rescriptorum appellari soleat magis, quam à re-
scriptis: tamen effectu hac appellati genera non
differūt. & videtur hic mos ex ^{f.} errore interpre-
tis ortum habere, qui rescriptum D. Pij apud VI-
pianum è Græco in Latinum malè conuertit, &
quoties præsens rerum status mutationem ali-
quam in spiritualibus rebus poscere credebatur,
habito conuentu episcoporū Ecclesiæ Gallicæ,
quod tépori visum erat cōuenire, cōstituebatur.

f. c. l. de app.

DE SAC. ECCL. MINIST.

Ac tantum abest, ut Romani pontificis ullum interueniret decretum, ut is etiam interdum in ordinem cogi soleret^t. Exemplorum pleni sunt annales nostri & acta monumetaque curia Parisiensis de Clodoueo, Carolo Magno, Ludouico Pio, Philippo Augusto, sancto Ludouico, Philippo Pulchro, Carolo quinto, Carolo sexto, Carolo septimo, & alijs regibus perpetuæ memoriarum causa diligentissimè perscripta. & vulgo circunfertur libellus curia Parisiensis ad Ludouicum undecimum Francorum regem missus, in quo miserabilis illa Ecclesiæ confusio, ac perturbatio demonstrata est, quæ ex Rom. curia nudatione tum nascebatur, & simul Regum nostrorum ac magistratum in afferenda libertate Ecclesiæ Gallicæ aduersus pontificem Romanum, virtus, & constantia. Suffragatur nobis Isidorus apud Gratianum. Cuius hæc verba sunt: Principes sæculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. & paulò post: Cognoscunt, inquit, se deo reddituros esse rationem propter Ecclesiam, quæ à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax & disciplina Ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam Ecclesiam tradidit^v. Principes enim sunt religionis & Ecclesiæ defensores, ac ut Esaias loquitur, nutriti^x. Id quod Iustinianus noster expendisse videtur, cum ait se nihil minorem

v. c. principes
23. q. 5.

x. c. 49.

minorem Ecclesiæ, quām vitæ suæ curam habere. Eōdem pertinet loadis regis exemplū memoria dignū, quod imitari coguntur aliquando reges magistratusque nostri. Nā cūm suspectos haberet sacerdotes, ne pecuniam interuerterēt, quæ offerebatur à populo ad tutelā templi, eam primū in arcā clausam inferri, deinde scriba suo præsente fabris ac cementarijs erogari iusfit^a. Porrò ex iam dictis satis colligi potest, non omnino alienum à vero esse, quod plerique assērunt, concilium, siue conuentum Ecclesiæ principis iussu & imperio conuocari posse. Nam & si de pontificis Ro. authoritate contendere hīc nolim: tamen si officio in hac re suo non fungatur, nec cæteri fortè eius consiliarij & collegæ, Cardinales vulgò appellati sed canones omnes, quod abominor, & disciplinam ecclesiasticam contemnant, ac pro nihilo ducant: boni certè principis est eius negotij curam suscipere, nisi malit Ecclesiæ desertor ac proditor verius, quām tutor haberi. Quod non modo Constantiū, sed plerosque etiam alios imperatores Rom, fecisse veteres testantur historiæ^b.

Quām potestatem habeat princeps circa ministeria ecclesiæ. Cap. 6.

De clericorum ac ministrorum Ecclesiæ ordinatione loco magis idoneo disputaturi sum^c. Sed interim animaduertendū est, quanuis sacra

y. Nou. 3.

a. 4. Reg. c. 12

*b. c. sexta. 16.
distin. c. A-
drianus. 63.
distinc.*

C

DE SAC. ECCL. MINIST.

res & maximè spiritualis habeatur, nihilominus regem nostrū in eam plurimū iuris atque autho-
ritatis meritò sibi vindicare. Nam episcoporū &
archimandritarum creatio ferè ex eius nutu pē-
det, sublata canonicorū atque monachorū elec-
tione. Quod ægrè admodū fert hodie vniuer-
sa ecclesiasticorum hominum natio, queruntur
que vulgò ex aulicorum fece prophanos abie-
ctissimosque homines sibi antistites dari solere.
Verùm eos cogitare & expendere imprimis de-
cet, cùm eorum cupiditas & corruptio tanta ef-
fet, vt nulla veterū canonum habita ratione in-
dignissimos quosque promouerét, vt in re pro-
fusa alioqui desperata, hoc veluti cauteriū quod-
dam necessarium visum fuisse. Deinde non ita
de his rebus princeps decernit, vt incommidis,
si quæ sunt, vitiisque medendi facultas Ecclesiaz
aut eis qui se *κορυφαῖς* eius esse & capita dicti-
tant, omnino crepta sit. In consecrationibus c-
nim & solennibus ordinationibus liberum est
eis, sine graui morum, ætatis, doctrinæ exami-
natione neminem in clerum recipere, & tales
consecrate sacerdotes, qui idonei sint ad quan-
cunque functionem Ecclesiaz, quam princeps
ipsis committere voluerit. Nam princeps impo-
sitionem manuum, consecrationem, inquisitio-
nem ecclesiasticis viris nunquam ademit, sine
qua nemo ecclesiispræficitur. Huc accedit, quod
cùm princeps patronus sit ecclesiarum, ac mo-
nastrorum, non permittunt canones eum hoc
iure

iure fraudari: quod nihil planè aliud est, quām
 præsentatio quadam, seu nominatio: adeò vt
 pontificibus oblatum nominatūmque, si ido-
 neus non videatur, reiicere & aliter ecclesiis cō-
 sulore liceat. Ac certo certius est, nullo vñquam
 tempore siue canonicos siue monachos tantum
 potuisse, vt sine permisso regis electionem ali-
 quam celebrare ipsis liceret. Eodemque iure
 imperatores ac reges alios plerosque vlos fuisse
 constat etiam in electione Rom. pótificis. Qua-
 de re multa Gratianus collegit, ad quem lecto-
 res remitto^{c. c. Adria-}. Optarem sanè à principibus ma-
 iorem haberi delectum personarum. Attamen nus. c. infyno-
 res eiusmodi est, vt ecclesiastici viri de se magis,
 quām de principe, qui patroni tantū, non etiam
 ordinatoris officio fungitur, conqueri debeant.
 c. do. c. cū lögē.
 Quod si culpam conferant in pontificem Rom.
 c. Recatina. 63.
 vt plerosque eorum crebrò facere audio, quod
 probationē ac examinationem sibi retinere, &
 legibus omnibus ac canonibus, quoscunque
 passim soluere cōsueuerit, ipse me nihil interpo-
 no. Penes alios esto hac de re iudiciū. Illud vñū
 verè ingenuéq; dico, nihil Reipub. ecclesiæque
 Gallicæ mihi videri vtilius, quām authoritate
 regis pastores præfici ecclesiis, si à pótifice Rom.
 meminisse velint. Quis enim est adeò imperitus
 rerū, vt Rom. curiæ artes non norit, & quantum
 similis

*c. distinct. c. hinc
 eliam. 16. q. 1.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

ea hirudo galici exorbeat sanguinis quotidie,
non satis intelligat? Dicam, quod à viris peritissi-
mis, ac diu in Rep. versatis nō semel accepi, quā-
quam incredibile videtur, quotannis variorum
diplomatū à pontifice obtētorum nomine ad
septingēta aut eo amplius aureorum millia Ro-
mam hinc exportari solere, quæ ita illic velut ca-
pta vinclataque detineantur & custodiantur, ut
nullo vñquam postliminio ad nos redeat. Quid
multa? In proverbiū abiit iandudum Roma-
na permutatio, plumbi videlicet cum auro, non
minus, quā illa Diomedis & Glauci apud Ho-

d. l. l. de on. merum: cuius & Vlpianus noster meminit ^{d.}.

emp.

Nec causari possunt episcopi huius regni liberā
non fore ordinationem, si regis authoritas ne-
cessariò accedat. Est enim ad frēnandam non
paucorum cupiditatem summè vtilis ac necessa-
ria, qualis fuit olim populi consensus, sine quo
non poterant ministri Ecclesiarū ab episcopis or-
dinari. Idque potest iis obiici, quibus absurdum
videtur ius, quod regaliorum à nostratis vul-
gō appellatur, regem nostrum in quasdam sui
regni ecclesias habere. Quid enim aliud hīc agit
Rex, si pauca quādā excipias, quām quōd à ciui-
bus cuiusque ciuitatis & plebe quōdam fieri so-
lebat? cuius consensu, vt dixi, pastores ecclesiarū
ordinabantur. Nam ipsam ordinationem, & in-
quisitionem, quæ cum beneficij collatione con-
iuncta antiquitus erat, nunquam sibi attribuit.

Populo autem propter tumultus & dissidia ve-

risimile

risimile est hoc ius ademptum, ac in principem translatum esse. Nam scinditur incertum studia in contraria vulgus. Quo tamen iure nec semper, nec in omnibus ecclesiis princeps vtitur. Sed de his omnibus infra copiosius differemus.

c. lib. 3. c. vlt.

De Hierarchy, & variis administratio-
nibus Ecclesie. Cap. 7.

Quæ sit potestas ecclesiastica, & quemadmo-
dum à politica differat, satis pro instituto dis-
ruimus. Nunc de iis videndū est, per quos ecce-
siasticæ res procurantur & administrātur. Quo-
rum varij sunt gradus. Nam, vt Petrus aposto-
lus in epistola Clementis ait, Ecclesia magnæ
cuiquam nauis similis esse videtur, in qua præter
vectores seu epibatas, gubernatore, proreta, nau-
ta, & ministris quibusdam aliis opus est. Popu-
lus enim in Ecclesia vectoribus, episcopus pro-
retæ, presbyteri nautis, diaconi & alij qui clerici
dicuntur, reliquo nauis ministerio comparan-
tur. Horum igitur alij parent, nulloque mune-
re ecclesiastico funguntur: & hi verbo Græco
laici, quasi populares vulgo dici solent. Alij
imperant, & principatum quendam in cæteros
habent, qui hierarchy à Græcis appellatur. Quā-
quam eo verbo rarissimè vsos fuisse veteres exi-
stimo. Hi enim ministri aliorum, quām domi-
ni aut príncipes vocari maluerūt. Quod eorum
singulari modestiæ & sanctitati ascribendum

C iiij

DE SAC. ECCL. MINIST.

esse putamus. Sed de nomine, modò ut rem terneamus, minus est laborandum. Ut igitur tota res commodius explicetur, ministeriū doctrinæ diuinæ, quod Lucas vocat *διακονίαν τοῦ Λόγου*, à ceteris ministeriis distinguemus. Circa ministeriū doctrinæ animaduertendum est, Christi legatos, siue apostolos initio exorientis Ecclesie per singulas ciuitates, in quibus Christus colebat, administratores quosdam instituisse, qui gubernarent ecclesiæ, ipsisque præfessent. Hos vocarunt sacerdotes, quod sacerorum curationem haberent, & presbyteros, id est, seniores, quod prudentia & grauitate venerabiliores essent ceteris. Nam hoc Græcum verbum non ad æatem, sed ad dignitatem quandam potius referatur. Idque multis exemplis demonstrat Budæus noster. Quam loquendi formam nostrates imitantur, seignores vulgo appellantes eos, quos g. c. i. de cef. honore aliquo dignos iudicat. Dicuntur præb. homi. 2. in terea ministri, ut ait Chrysostomus^b, & pasto-epist. ad Phi- lip. res quod ministerent magis, quam dominantur ceteris, & gregem sibi cōmīssum pascant. Quod verbum iis conuenire, qui alias gubernando suscepérunt, indicat Homerus, cùm Agamemnonem subinde vocat *ποιηθεὶς αλέων*. Sed & episcopi quoque, quasi speculatores atque inspectores sunt appellati. Quo ferè sensu episcopi ab Arcadio iureconsulto vocantur, qui pani ceteris. vlt. de mu- risque rebus vñalibus præsunt. Nam Paulus ne. & hono. in epistolis vtraque appellatione, presbyteri né- pc

pe & episcopi, promiscuè vtitur. Idque Chrysost.

August. Hierony. & plerique alij annotauerūt^l. l. d. c. cleris.

Verum communis illa administratio presbytero- c. olim. 95. di-
rum visa est incōmoda propter dissidia & cō- stinet.

tentiones, quas pariebat. Quare ne vnuſquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet, vt in-

quit Hierony. operæ pretium duxerunt in singu- lis ciuitatibus vnum ex presbyterorum ordine

cæteris preſicere, ita vt cum eorum consilio om- nia gereret, atque administraret. Huic vni nomē

episcopi quod antè omnibus erat, commune, attributum: vt insigni aliqua propriaque appella-

tione à cæteris facilius discerni posset^m. Pro- m. c. legimus.

inde ex eo tempore reliqui presbyteri, nunquam 93. distinct.

episcopi sunt appellatiⁿ. Quanuis episcopi pres- n. Euseb. lib. 6

byterorum nomen non respuerint^o. & notan- c. 33. hist. ec-
dum est in singulis ciuitatibus horum presbyte- cle. & trip.

rorum collegium quoddam fuisse, cui præerat hist. lib. 4. c.

episcopus. Cuiusmodi est hodie canonicorum

collegium, qui in eorum locum successisse vidé- 24.

tur. & hunc cœtum presbyterorum vocat se- o. Euseb. lib.

natum Ecclesiæ Hieronymus^p. Nondum enim 5. c. 24.

presbyteri separatas habebant ecclesias in qui- 16. q. 1.

bus docerent, & sacramenta administrarent.

Quod vel Sozomenus demonstrat, cùm ait, cō-
suetudinem fuisse in Alexandria tempore suo,

vt uno existente super omnes episcopo, presby-
teri scorsum ecclesias obtinerent, & populus

in eis collectas solenniter celebraret^q. Sed cres- q. trip. hist.
cente numero Christianorū cū passim cōstructe lib. 1. c. 19.

DE SAC. ECCL. MINIST.

essent basilicæ seu Ecclesiæ non in ciuitatibus
modò, sed etiā in vicis atque pagis, tandem inter
presbyteros cōfusionis discordiæq; vitâdæ cau-
sa vbique terrarum diuisæ sunt regionib; ita vt
vnusquisq; sua ecclesia regione q; contetus ab a-
liena omnino abstineret. Cuius rei author fuisse
dicitur Dionysius urbis Romæ episcopus, vt ex
ipsius epistola ad Seuerinū episcopū Corduben-
sem scripta colligitur, quæ integra apud Gratia-
num non extat⁷. De ecclesiis, inquit, parochia-
nis, vnde apostolicā sedē consulere voluisti, qua-
liter sint custodiendæ per Cordubensem prouinciam,
ac diuidendæ sacerdotibus, nihil tuæ chari-
tati melius nobis videtur intimare, quâm vt se-
quaris, quod nos in Rom. Ecclesia nuper egisse
cognoscitur. Ecclesiæ verò singulas singulis
presbyteris dedim⁹, parochias & cœmeteria eis
diuimus. Sed vnicuiq; ius propriū habere sta-
tuimus, ita videlicet vt nullus alterius parochiæ
terminos, aut ius inuadat; sed vniusquisq; suis ter-
minis sit cōtentus, & taliter Ecclesiæ & plebem
sibi cōmissam custodiat, vt ante tribunal æterni
iudicis ex omnibus sibi cōmissis rationem red-
dat, & non iudiciū, sed gloriam pro suis actibus
accipiat. Hâc quoq; normâ, charissime, te & om-
nes episcopos sequi cōuenit, & quod tibi scribi-
tur, omnibus quibuscūque potueris, notū facias,
vt non specialis, sed generalis fiat ista præceptio.
Anacletū auté idē decreuisse apud Gratianū le-
gim⁹, quod Dionysius Romæ factū fuisse refert.

Presbyte-

Presbyteri, inquit, per castella & modicas ciuitates atque villas debent ab episcopis ordinari & ponij: singuli tamen per singulos, titulos suos s, &c. Historiographi^{t.} diuisionem quandam ti- f. c. episcopi.
tulorum & diœcesium in vrbe Euaristo atque 8o. distin.
Marcello ascribunt. Sed cuius inuentum hoc t. vt Plaines.
fuerit, non multum arbitror ad rem pertinere.
Parœcias autem appellantur veteres fana illa & ecclesias, quæ singulis assignantur presbyteris in cuiusqne episcopi diœcesi. Sed paulatim corru-
pto vocabulo parochiæ appellari cœperunt v. v. tit. de paro.
Quanquam pro tota illa diœcesi ipsius episcopi,
quæ in varias regiones distributa est, frequenter
hoc verbum accipitur, ut postea dicemus s. Scié- 8. lib. 2. c. 7.
dum est præterea post hanc ecclesiarum parti-
tionem & distributionem episcopi in magna il-
la diœcesi sua & presbyterorum in suis ecclesiis
parem non fuisse potestatem atque authorita-
tem: cum ordinatio presbyterorum, cæterorūm
que ministrorum Ecclesiæ, basilicarum conse-
cratio, & quædam alia episcopo tantum permis-
sa sint, non etiam presbyteris inferioribus x. x. c. perfectio.
25. dist.

De variis presbyterorum generibus. Cap. 8.

Presbyteri, quos episcopo subesse diximus.
non omnes eiusdem gradus, dignitatis, atque
authoritatis sunt. Nam archipresbyteri inter eos
reperiuntur: sicut & inter episcopos archiepi- a. Grat. i. dec.
scopi *. Sunt autem archipresbyterorum duo 60. dist. c. 1.
de act. & qual

DE SAC. ECCL. MINIST.

genera: quorum urbani quidam dicuntur, alij vicani. Urbani dicuntur, qui in vrbe & in maiore Ecclesia officio suo funguntur. Cùm enim episcopus propter absentiam fortè vel occupationes suas, non possit omnia episcopi munia vel solus, vel vnà cum presbyteris obire, sed curas suas cum eis partiri necesse habeat: utilius visum est ex presbyteris vnum cæteris præponere, qui ea quæ ad presbyterorum officium pertinent, partim ipse exequatur, partim aliis facienda præscribat: quam omnibus simul presbyteris id commitere, ne contentio aliqua inter ipsos ex b.c. officiū de communione administrationis oriretur^b. Ita offi. archipres. que archipresbyter urbanus eam potestatem habet in maiore Ecclesia, quam quiuis presbyter in d.c. perlectis. 25. distin. parœcia sibi assignata habere dicitur. Sed & cæteris quoque eiusdem Ecclesiæ presbyteris, qui cardinales, id est, primarij & præcipui dicuntur ad differentiam eorum qui in inferioribus ecclesiis e.c. 2. de off. sunt constituti, haud dubie præst^c. Archipres- archip. byteri vicani nullam in vrbe potestatem, nullum ministerium habet, sed in maioribus celebrioribusque pagis constituuntur. Ac singulis præter Ecclesiæ propriæ curationem, certarū ecclesiærum, certorūque presbyterorum, qui videlicet per minores titulos habitant, inspectio, obserua- d.c. vlt. de off. tiōque committitur^d. Hactenus de presbyteris archip. episcopo inferioribus. Nunc de episcopis est vi- dendum, quorum varij quoque gradus repe- riuntur.

De

De episcopis, qui gradus sunt episcoporum, &
qua potestas olim fuerit eorum, qui cho-
repiscopi dicebantur. Cap. 9.

Episcoporum varij sunt gradus. Quidam enim præsunt vni alicui ciuitati, & vicis, qui illi ciuitati subsunt. Et hi simpliciter episcopi appellantur. Alij non tantum ciuitari, sed etiam prouinciaæ quæ multas ciuitates complectitur, præsident, & dicuntur archiepiscopi: quod episcopis superiores sunt. Metropolitanæ autem idem vocantur, quia in metropoli aliqua, id est, matrice ciuitate iam olim constituti sunt. Alij non vni prouinciaæ, sed multis præfecti sunt: & in omnibus non solum episcopos, sed etiam archiepiscopos potestatem habet. Ideoque primates, seu patriarchæ dicti sunt. Hi sunt numero quatuor (præter Romanum episcopum, qui vertex omnium, & princeps esse dicitur, de quo mox vi-debimus) Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus f. Quibus & alijs quidam veluti minorum gentium patriarchæ adiecti sunt, Aquileiensis, Cantuariensis, Biturigenensis & Grandensis. Ideo autem instituta est potissimum hæc hierarchia, ut auctoritate illius ac diuinæ ciuitatis, quam nos Ecclesiam vocamus, vñitas ac tranquillitas melius conseruetur. Nā Ecclesia vna est, inquit Cyprianus, quæ in multitudinem latius incremento fœcuditatis exteditur. Quomodo solis multi radij,

e.c. cleros. 21.
dissim. c. vrbes

80. distinct. c.

prouinciae. 99.

distr.

f. c. antiqua.

de priu. c. san-

crofanche. c.

Cōstantinop. c.

renouantes. c.

dissimilis.

22. distin.

DE SAC. ECCL. MINIST.

Sed lumen vnum: & rami arboris multi, sed ro-
g.c. loquitur. bur vnum tenaci radice fundatum^s. Deinde hu-
24.q.1. ius ordinis hierarchici ingens in eo cōspicitur
vtilitas, quod sicut episcopus conuocat presby-
teros suæ ciuitatis & vicorum ciuitati subiecto-
rum, ut eorum consilio res ecclesiasticas admi-
nistret, & controuersias dirimat: sic archiepisco-
pus, aut patriarcha suæ prouinciæ aut nationis
antistites cogit & cōgregat, quod grauiora nego-
tia in ampliori maiorique conuentu tractari ac
definiri possint, & quæ perperam ac iniustè de-
creta, vel iudicata sunt, ad maius iudicium gra-
datim referantur^b. Nam huius rei gratia synodi-

b.6. q. 3. ♂ tam ciuitatum, quam prouinciarum, atque na-
4. tionalium singulis annis indici solebantⁱ. Quod &
i.18. dist. c. si- constitutione quadam præcipit Iustinianus^j. Il-
cut olim. de lud prætermittendū nō est, antiquitus cum epi-
scopi otio, ut verisimile est, suo consulere vel-
lent, vicarios quosdam episcopos ordinare soli-
tos fuisse, qui vulgo chorepiscopi dicebantur,
authore Damaso in verbosa quadam epistola,
quasi χωριον, id est, rustici episcopi: quia non in
ciuitate, sed per vicos & pagos munus episcopi
quadantenus gerebant. Nam lectores, exorci-
m.conc. An- stas, cæterosque inferioris ordinis clericos ordi-
cyr. c. 13. com- nare ipsis licebat, quamvis presbyteros, aut dia-
Neocæs. c. 13. conos ordinare non possent^m. Verùm hoc præ-
eō. Antioch. c. 8. & 10. c. textu, quod episcopalem honorem sibi insolent-
ecclesiis. 68. ter arrogarent tandem, nec vlla satis bona ratio
dist. corū institutionis appareret, id munus omnino
sublatum

sublatum atque antiquatum est". & facile mihi
persuadeo, archipresbyteros, de quibus antè lo-
cuti sumus, in eorū locū successisse, quibus neq;
episcopi nomen attributū est, neque aliud quic-
quam eorum, quæ episcoporum propria sunt: ne
fortasse ipsis audacia atque insolētiæ illius, pro-
pter quam deiecti fuerant minutū isti episcopi,
occasio præberetur.

*De episcopo Romano, ac de eius amplitudine &
authoritate, tum de nominibus variis, qui-
bus appellari solet.* Cap. 10.

Episcopus Romanæ vrbis, quin primus pa-
triarcharum olim habitus sit, dubium non est.
Id enim variis cōciliis & principiū sanctionibus
est constitutum". Vnde in historia ecclesiastica ^{n. Nou. Inst.} 131.
non semel legimus ius conuocandi vniuersalis
concilij ad ipsum pertinere. Quam potestatem
à Christo acceperit, nécne, meum diffinire non
est, sed theologiæ professorum. Ego etenim, qui
me iurisconsultum profiteor, de his rebus tan-
quam politici cuiusdam ordinis causa hominū
consensu institutis, ita differo: veritus scilicet, ne
theologi nostri temporis aut interdicto mecum
contendant, aut me ex iure manu cōseratum vo-
cent, quod temerè in proprias ipsorum posses-
siones irruerim. Siue igitur hoc datum est vrbī,
quæ caput imperij erat, siue apostoli Petri me-
moriae, qui primus in ea sedisse dicitur, aut deni-
que ipsius Christi institutioni, ut vulgo receptū

DE SAC. ECCL. MINIST.

est, constat vetustis temporibus, primam, præci-
puamque sedem episcoporum in Ecclesia Rom.
fuisse. Quo honore atque dignitate initio mo-
deratè admodum vni sunt, adeò ut cæteros epi-
scopos fratrum, collegarumque loco semper ha-
buerint, nec imperium exercere in eos regum ac
principum more vñquā in animum induxerint.
Id quod ex epistolis Hieronymi ad Nepotianū
& Euagrium facilè perspici potest. Nam & con-
cilio Carthaginensi III. capite X X V I. vetitum
fuerat, ne quis princeps sacerdotū, aut summus
sacerdos: sed tantum primæ sedis episcopus ap-
pellaretur. Itaque quod de summo Romanæ vr-
bis pontificatu legitur in nouel. Iustiniani, quæ
de præscriptione centū annorum loquitur, qui-
buīdam valde suspectum est, nec in Græco Iu-
stiniani codice ~~τῶν νομῶν~~ reperitur ea constitutio.
Hinc Gregorius pōtifex Rom. Ioanni episcopo
Constantinopolitanæ vrbis, quæ noua tunc Ro-
ma propter translationem imperij dicebatur, ve-
hemēter obstitit, cùm imperatoris Mauritij au-
thoritate fretus episcopū se vniuersitale Ecclesiæ
esse contenderet, & extat eiusdem Gregorij in
Gratiani collectaneis epistola ad Eulogium pa-
triarcham Alexandrinum scripta, qua episcopi
vniuersalis titulu, quasi superbā insolentemque
appellationem respuit. Verū non ita multa
post Bonifacius tertius magna contentione à
Phoca imperatore obtinuit, vt episcopus œcu-
menicus & vniuersalis fieret: eamque authori-
tatem

*o.c. prime se-
dis. 99. dist.*

p.c. ecce. 99. distinet.

tatem cæteri eius successores non solum mordi-
cūs retinuerunt, sed mirabiliter auxerunt etiam:
præsertim à Pipini & Caroli Magni Franciæ re-
gum temporibus, qui studio incredibili Eccle-
siā Romanā sunt prosecuti, adeò ut regiū exce-
dat fastigium pontificatus, & magnitudine sua
nunc laborare videatur. Admirati sunt veteres
sacerdotē Commanorū in Ponto, cui ut à Stra-
bone literis proditum est, regum Ponticorū tem-
pore maximus secundum regem honos habeba-
tur, & regium diadema gestare licebat. Cōma-
na etiam imperio eius suberat, cum sacrī seruis,
qui hieroduli dicebantur, nō pauciores sex mil-
libus, in quos omnem potestatē habebat, dem-
pta solum vendendi facultate. Nec eo inferior
perhibetur Commanorū sacerdos in Cappado-
cia, de quo multa idem author scribit. Fuerūt &
alij, quorum splendor & magnitudo multū ce-
lebratur. Verū ea est Pontificis Romani am-
plitudo & maiestas, vt omnes, quotquot usquam
fuerunt pontifices ac sacerdotes longo post se
interualllo reliquerit. & hæc, vt ita dixerim,
monarchia magno consensu Christianorum i-
deo recepta est, opinor, quia tot tantaque in-
ter episcopos erant dissidia, tam discrepantes
sententias & voluntates, vt in illa iam prope-
modum ferrea ætate nullum aliud præsentius
remedium ad conseruandā Ecclesiæ unitatē su-
peresse videretur. Scitū etenim est illud Homer-
ii: οὐκ ἀγαθὸν πολυκορυφήν, εἴς κοίρανος ἔπει, Εἴς βασιλεὺς.

DE SAC. ECCL. MINIST.

Quid quod naturales dicuntur esse conuersio-
nes Rerump. vt mirum non sit Aristocratiam a-
liquando in Monarchiam commutari, & rursus
Monarchiam in aliud gubernandi genus, cùm
vel hæc in Tyrannidem, vel illa in Oligarchiā
degenerat. Etenim Hierarchia hæc de qua lo-
quimur, ecclesiastica eò euasit, vt nō abs re quis-
ciuili cuiquam gubernationi eam comparaue-
rit: tametsi longè dignior augustiorque habeat-
ur. Nec sanè me fugit quid Christus ipse de mu-
neris ecclesiastici, & principatus atque imperij
discrimine Apostolos suos docuerit, quidque
Petrus ea de re scipserit in graui illa epistola, qua
episcopi officiū ab eo describitur. Sed hæc theo-
logis libenter discutienda relinquimns. Quæsi-
tum est à plerisque, cur episcopus Rom. Eccle-
siæ Papa appelletur, quasi hoc vocabulum cæte-
ris episcopis commune non sit. Verùm illi ma-
gnopere falluntur, cùm ex antiquis scriptoribus
cōstet, omnes episcopos ac presbyteros, qui san-
ctitate vita & doctrina commendarentur, ho-
q. not. in c. si noris causa sic nūcupari olim consueuisse? Pau-
Papa. 40. dī- ca ex infinitis exempla hīc proferam. Hierony-
mus in epistolis, Augustinum episcopum Hip-
ponensem subinde Papam vocat. Apud eundē
Athanasius, Epiphanius, Euagrius, Alypius,
Chromatius, Theophilus Papæ dicuntur. Marti-
nus episcopus Bracarensis passim apud Gratia-
r. c. episco. 8. num Papa vocatur, & s̄e concilium Martini
q. i. cū simile Papæ commemoratur ab eodem. Sic enim ferè
librum

libtum vocant, quem is ex variis Græcorum sy-
nodis excerptis atque collegit. Cyprianus quo-
que Papa crebrò appellatur in iure pontificio ^{s.}
Nam πάπας Græcum nomen à veteribus usur-
patum patrem significat, vel Suida authore.
Hinc Arrianus in Bithyniacis scribit, Iouem à
Bithyniis πάπας appellari solitum fuisse. Sed
vulgò receptum est, ut vni Romano pontifici
hoc vocabulum attribuatur. Illud quoque pro-
prium esse Romani pontificis nonnulli tradūt,
ut seruus seruorum Dei nuncupetur ^{t.} Quò per-
tinent vulgares nec omnino insulsi versus, quos
Decretorum Gratiani interpres refert ^{v.}
Roma tibi quondam suberant domini dominorum: ^{v.g.l.i.c.qno-}
^{ties.1.q.7.}

Seruorum serui nunc tibi sunt domini.
Verum hæc ut otiosa omnino, aut certè non ad-
modum usui futura iam omittimus.

De conuentibus ecclesiasticis quas synodos
vocant. Cap. II.

De Synodis iam aliquid attigimus superio-
ri capite. Sed ea res pleniorē discussionem re-
quirit. Sunt autem Synodorum tria genera: Vnū
est earum quæ à cuiusque ciuitatis episcopo cele-
brantur. Nam episcopus sacerdotes ac presbyte-
ros paroccia sūt quotannis conuocare solet ^{a.} ^{d.c.annis.18.}
Sed quoties, aut quo tempore anni iure pontifi-
cio non satis expressum est. Itaque hīc spectan-
da erit consultudo. Nicensis enim concilij ca-

D

DE SAC. ECCL. MINIST.

non quo certum tempus definitum est, de pro-
vincialibus conciliis loquitur, de quibus mox
b. ca. habeas dicturi sumus^b. Quod à plerisque animaduer-
tur 18. dist. sum non est^c. Ac tametsi solenne ordinariūm-
c. glof prag. que sit, sacerdotes qui ecclesias regunt ad Syno-
dum conuocare, non etiam cæteros clericos &
archimandritas seu monasteriorum præsules:
tamen si iusta aliqua causa episcopum moueat,
d.c. quod su- his etiam mandare potest ut ad synodum acce-
per his. de ma- dant^d. De fôdalibus mendicantibus aliquando
cois. & obe. c. dubitatum fuit. Veràm Gregorius pontifex cō-
episco. c. vlt. stituit eos ab episcopis cogendos non esse vt
18. dist c. vlt. solennibus synodis adsint^e. Illud animaduer-
28. q. 2. not. sione dignum est, eos qui ad synodum ire non
in c. a. leclis. compelluntur, canonibus in synodo editis ob-
de off. ordi. c. temperare nihilominus debere. Olim hi con-
ex ore. de pri- uetus indicebatur vt episcopus simul cum pref-
uul. byteris de disciplina cleri, de caussis ecclesia-
e. cap. nimis. sticis, de doctrina diuina deliberaret. Nihil e-
de excess. pre- nim quod paulò gravius esset episcopi absque
la. eo cœtu, ac veluti senatu quodam facile decer-
f. 15. q. 7. in nebant^f. Sed huius honestissimi instituti vix
decre. vimbram hodie retinemus. Synodus prouincia-
g.c. regula. 3. lis est conuentus episcoporum cuiusque prouin-
dist. & tota. ciæ, qui à metropolitano aut patriarcha con-
18 dist. uocatur^g. Addit Gratianus autoritate etiam
h. d. c. regu- Romani pontificis præsente ipsius legato con-
la. cilia prouincialia celebrari^h. Quāuis autem hic
conuentus præcipue episcoporum sit: tamen ab
Innocentio tertio constitutum est, collegia ec-
clesia-

clēsiastica, quæ vulgō Capitula vocamus, etiam
 conuocari debere¹. Quod tamen plerisque iu-
 ris pontificij doctoribus parum probatur². Ar-
 chimandritas inuitos adesse non cogi, vulgō prēl.
 receptum est, quod singuli episcopi postea ip-
 sis exponant, quæ in concilio gesta, constitutā-
 que sunt³. Sed vetius est, non hos tantum, sed l. c. decerni-
 interdum etiam laicos homines adesse debere:
 quod vel eorum intersit fortassis, vel necessā-
 rium sit eorū consilium⁴. Nec aliter hoc defi-
 niri posse videtur, cùm ex varietate causarum
 pendeat. Et animaduertendum est huiusmodi
 synodos secundum veteres canones bis in an-
 no aut saltem semel celebrari⁵. Ac in eo con-
 uentu tractantur & iudicantur causæ ecclesia-
 stice, rotiūsque cleri mores reformatur, & cor-
 riguntur, ut scribit Iustinianus⁶, & synodus o. nouel. 123.
 Antiochena constituit⁷. Cuius rei gratia te- de sanct. episi.
 stes, qui dicuntur synodales, constitui moris p. c. proper.
 est, sicut & in cuiusque episcopi synodo⁸. Nam q. c. episco-
 si quid grauius occurrat in conuentu episcopi, prius in syno- do. 35. q. 6. c.
 & presbyterorum quod maioris & amplioris præterea, de
 conuentus iudicium postulet, aut si quis ab testib. cog.
 eo iniuria se affectum conqueratur, ad conci- r. c. si quis à
 lum prouinciale id deferendum est⁹. Illud proprio. 21.
 quæsitum est an episcopus in eo conuentu de- q. 5.
 poni ac de gradu suo deiici possit. Et certū est f. cōcilio An-
 priscis temporibus id v̄statum fuisse¹⁰. Sed pon- tiocheno. c. 12.
 tificiis quibusdam decretis talis condemnatio c. si quis à pro
 prohibita est, inconsulto Romano pontifice prio. 21. q. 5.

D ij

DE SAC. ECCL. MINIST.

t.e. accusatus ^{t.} Sed & Gratianus ait huiusmodi concilia ad
 & sequen. 3. corrigendum, non etiam ad constituendum, vel
 q. 6. not. in diffiniendum efficacia esse ^{v.} Verum hanc Gra-
 cap. ex tuae. de cler. non tiani sententiam improbant multi existimantes
 resid. synodum prouinciale canones constituere pos-
 v. 18 distin. in se, qui intra prouinciae fines vim habeant ^{x.} Cu-
 princip. ius rei pleraque exempla ex veterum monumen-
 tis proferre licet. Sanè in iudicandis causis ec-
 clesiasticis antiquitus multum Romanæ sedi tri-
 butum est, adeò ut plerunque eius sedis arbit-
 rium iudicia episcoporum atque adeò concilio-
 rum prouincialium vel infirmarentur, vel rata
 manerent. Quod vel ex canonibus Sardicensis
 y.c. si quis e- concilij perspici potest ^{y.} Ac si tametsi magna
 piscopus. 2. q. saepe fuerit hac de re contentio, & canonibus
 6. concilij Mileuitani ab episcopis Africanis pro-
 hibita fuerint huiusmodi prouocationes ^{a.}, quas
 a.c. placuit. 2. etiam magnopere detestatur Bernardus libro 3.
 q. 6. de consid. Romani pontifices ad extremum ob-
 tinuerunt, vt eorum iudicio cæteri omnes epi-
 scopi subessent, vtque ipsi nullius censuræ es-
 b.c. cœcta per sent obnoxij ^{b.} Quod ad causas tamen attinet in
 mūdū. 9. q. 3. quibus ad Romanam sedem hodie interponi-
 c. nemini. 7. tur appellatio, decreta Basiliensis cōcilij in Gal-
 9. 4. lia ferè obseruantur, nec discutitur aut iudicatur
 Romæ negotium, sed in qua diœcesi lis cœpta
 c. tit. de can- est, in ea iudices dantur ^{c.} Superest ut de synodo
 fis. i prag. & vniuersali & œcumenica aliquid dicamus. Ac
 in concord. imprimis queritur, qui interesse huic synodo de-
 beant: quod Panormit. fatetur nullo iure expres-
 sum

sum esse^a. Et sanè magna canonum decreto- d.in c. graue.
 rūmque pōtiorum varietas hīc reperitur. De de præb.
 episcopis orbis Christiani minus dubitatur, &
 extat in decretalibus formula & conceptio iu-
 risurandi, qua obstringuntur omnes episcopi,
 vt ad synodum veniant^c. De monasteriorū an- e.c. ego. de iu-
 tistibus, presbyteris, & quibusdam aliis clericis reiur.
 aliquot exempla leguntur in iure pontificio f. f.c. in nomine
 Reges præterea ac Imperatores, non adfuisse tā- domini. 23.
 tum synodo, sed & præfuisse legitimus & Sed & dist. c. Adria-
 nus 63. dist.
 alios quoque laicos homines interdum concilio g.c. futuram.
 adhibitos fuisse constat^b. Verū illud scrupu- 12. q. 1. c. nos
 lum plerisque iniicit, quod immensa illa quo- ad finem. 96.
 rumlibet clericorum turba non videtur absque dist. c. si quis
 magno incommodo, & confusione ad hūc con- ingenuus. 29.
 uentum admitti posse. Deinde alienum videtur q. 2. c. Adria-
 ab ecclesiastica disciplina, vt laici de ecclesiasti- nus. 2. 63. di-
 cis negotiis iudicium faciantⁱ. Confusio autem stinct.
 vitari potest, si ex singulis prouinciis moderatus b.c. ad sedem.
 aliquis numerus eruditiorum ac probatorum 35. q. 5.
 eligatur, & ad synodum mittatur. Nam & alio- i.c. bene qui-
 qui pastoribus destitutæ manerent Ecclesiæ. De dē. 96. dist. c.
 laicis verò nihil aliud respondendum nunc oc- nō placuit. 16.
 currit, quam quod Nicolaus Pōt. scribit ad Mi- 9. 7.
 cha. imperatorem^k. Vbinam legistis, inquit im- lx. 96. distinc.
 peratores antecessores vestros synodalibus con- ”
 uentibus interfuisse, nisi fortè in quibusdam vbi ”
 de fide tractatum est quæ vniuersalis est, quæ o- ”
 mnium communis, quæ non solum ad clericos, ”
 verū etiam ad laicos, & omnes omnino per- ”

DE SAC. ECCL. MINIST.

tinet Christianos? Quamuis enim iudicia ecclesiastica soli exerceant sacerdotes & clericis¹, tam
l. d. c. bene qui. vbi de eo negotio agitur quod ad Ecclesiā
m. c. Ecclesia. vniuersalem pertinet, quæ nō solum ex clericis,
de cōse. diff. 3. sed etiam ex laicis constat²: æquum non est laicos ab huiusmodi deliberationibus summoueri,
n. Acto. 15. sed communi potius decreto omnia diffiniri,
se satis Lucæ testatur historia³. Atque ita cele-
o. gl. c. Adria berimi iuris pontificij doctores senserunt⁴: ta-
nus. 1. 63. di- metsi Panormitanus in libro quæstionum laicis
fin. gl. c. vlt. de his quæ fin- deliberationem & consilium permittens, iudi-
cunt à præl. c. ad se- cium ac diffiniendi facultatem adimat. Nolim
tamen in hunc conuentum quolibet laicos pas-
sim recipi, sed cum regibus & principibus eos
qui in quaque prouincia insignis alicuius do-
p. dic. c. ad se-ctrinæ, & sanctitatis nomine celebrantur⁵. Id-
dem. que si vñquam aliàs, maximè hoc seculo nec-
sarium est, quo episcopatus & sacerdotia indo-
ctissimis hominibus & à religione alienis defer-
ri solent. Priscis temporibus rarum ac prodigio-
simile habebatur aliquem Ecclesiæ præfici, qui
diuinarum literarum doctor non esset, nec ideo
laicorum contemnebatur iudicium. Cùm igi-
tur hodie episcopi nostri paucis exceptis, sacra-
rum literarum scientia cæteris ex populo longè
inferiores sint, quonam ore soli de rebus diuinis
iudicium sibi arrogabunt?

De

De Diaconis, Hypodiaconis, & aliis inferioris
ordinis & gradus clericis. Cap. 12.

Hucusque de iis ecclesiarū administratoribus tractauim⁹ qui ministri doctrinę diuinę dicūtur: iam de ceteris est vidēdū, id est, Diaconis, Hypodiaconis, &c. Dicūtur autē Diaconi verbo Græco episcoporū ministri, nec episcoporū modō, sed etiā presbyterorū, vt concilio Carthaginiensi quarto sancitū est. Et quāuis Diaconi seu ministri vocabulum episcopis quoque ac presbyteris conueniat magis quam principis aut domini, atque ita olim usurpatum sit, tamen iis de quibus loquimur propriè id tributum est, vt facilior esset eorū à ceteris distinctio. Appellantur & lauitæ aliquando, propter similitudinem ministerij: lege siquidem Mosaica instituti sunt lauitæ, vt Aaroni sacerdoti inseruirent, ac ministrarent. Quamobrem in cœtu sacerdotum, aut coram sacerdote aliquo diaconis sedere vetitum est. Institutio autem eorum orta est ab Apostolis, quanuis presbyteri seu Episcopi à Christo ipso instituti sint, vt ait Cyprianus. Cūm enim Apostoli in diuina doctrina occupati ministrare non possent mensis, quæ pauperibus tum parati solebant, septem Diaconos, siue ministros eius operis gratia constituerunt. Eorum igitur officium olim in cura pauperum præcipue, & rerum earū quæ Ecclesiæ offerebātur, pauperum clericorūmque alēdorum gratia versabatur. Hinc sit ut hodie in Ecclesia oblati.

r. 21. dist. c. 1.
q. c. 37. c. dis-
coni. 93. dist.
c. non oportet.
93. distin.
t. c. dominus.
93. distin.
v. Aet. 6. c.
x. c. præcipi-
mus 12. q. 1.
c. i. sancta. 92.
distin.

DE SAC. ECCL. MINIST.

tiones ad altare factas recipient , cum hypodia-
y.c. cler. 21. conis suis ¹. Proinde quidam iuris pontificij cō-
dīst. c. perle-
Ets. 25. dīst.
a. gl. prag. tit.
de æta . et
qual. card.
verb. cardina-
les.

sultus nō leuis apud nostrates authoritatis , Dia-
conus,inquit,hospitalitatis nomē est , presbyter
ætatis ². Sed posteā id munus auctum est,vt Cle-
mentis & Euaristi rescripta indicant. Ait enim
Clemens, Diaconi Ecclesiæ sint tanquam oculi
episcopi oberrantes , & circunlustrantes cum
verecundia actus totius Ecclesiæ , perscrutan-
tes diligentius si quem videant vicinum fieri
præcipitio,& proximum esse peccato,vt referat
hoc ad episcopum & ita episcopo suggestere,
quæ ad cultum Ecclesiæ & disciplinam eius

b. c. diaconi. pertinent , diaconis cura sit ³. Et Euaristus,Dia-
93. dīst.

coni , inquit , qui quasi oculi videntur esse e-
piscopi , in vnaquaque ciuitate septem debent
esse,qui custodiant episcopum prædicantem,ne
ipse episcopus ab insidiatoribus quoquo modo
infestetur aut ledatur à suis,aut verba diuina de-
trahendo,aut insidiando polluantur, vel despi-
ciantur,sed veritas spirituali redoleat ferore,&
pax prædicata labiis cum voluntate animi con-
cordet ⁴. Hieronymus quoque ad Rusticum de

c. c. diaconi 2. 93. dīst.

Diaconis ita loquitur,vt magnum fuisse eorum
munus in Ecclesia facile appareat. Diaconi , in-
quit,sunt quos in Apocalypsi legimus, septē an-
geli ecclesiæ, hi sunt septem candelabra aurea:
hi sunt voces tonitruorū,virtutū operatione præ-
clari,humilitate prædicti,quieti,humiles , euāge-
lizantes pacem,annūtiantes bona , dissensiones
&

& rixas & scandala resecantes: docētes, soli deo „
 colloquētes in templo, nihil penitus de mundo „
 cogitātes: dicentes patri & matri, Nō noui vos: „
 & filios suos non agnoscentes. Sine his sacerdos „
 nomen non habet, ortum non habet, officium „
 non habet. hic minister Dei dicitur: quia scriptū „
 est: Maior est qui ministrat, quām cui ministratur „
 & sicut est in sacerdote ministratio, ita in „
 ministro sacramenti dispensatio. Sacerdotibus „
 etiam propter prēsumptionem non licet de mé- „
 sa domini calicem tollere, nisi eis traditus fuerit „
 à diaconis. ita enim dominus noster omnipotēs „
 vniuersa disposuit, vt qui maiorem se esse credi- „
 derit, minor esset: & qui minor videretur, maior „
 existeret. Denique quām hoc verum sit, ipse per- „
 pende. Læuitæ componunt mensam domini: lē- „
 uitæ sacerdotibus cùm sacramēta benedicunt, „
 assistūt: læuitæ ante sacerdotes orant: vt si distin- „
 ctio locorum creditur in mundo, etiam in altari „
 Dei videant sibi episcopi qui superbi sunt, dia- „
 conos anteponi. si humilitatem diligunt, & dia- „
 coni maiores se esse in eo quod sunt humiles, re- „
 cognoscant. tunc demum vt aures habeamus ad „
 Deum, diaconus acclamat, ipse prædicat, ipse „
 hortatur. ipse etiam commouet astantibus sacer- „
 dotibus, ne leuiter hāc vocem qua loquitur hēc, „
 & pacem annuntiat, audiant, aut negligenter a- „
 spiciant. Sufficit huic ordini, tantum fuisse per „
 Deum concessum, vt non solus sacerdos in tem- d.c. diaconi. 5.
93. dist.
 plo Dei solum agere & implere videatur ^{d.} Ex

DE SAC. ECCL. MINIST.

quibus locis planum ut arbitror factum est, tum doctrinam diuinam & sacrorum procurationem, tum disciplinam ecclesiasticam ad diaconorum munus & functionem aliquatenus pertinere, quanuis non solum episcopis, sed etiam presbyteris inferiores sint. Extiterunt sanè nonnulli quondam adeò vecordes, ut eos presbyteris anteponendos, nedum exæquandos esse contendérēt, aduersus quos acriter inuehūtur Hie-

e in Epist. ad ronymus^c, & Augustinus^f. Et hanc scribit Hie-
Euag. c. legi- ronymus causam fuisse tantæ insolentiæ & su-
mu. 93. dist. percilij, quia diaconos paucitas honorabiles,
f. in questio. presbyteros turba contemptibiles faciebat. De
vet. & noui Diaconis Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus vul-
testa. 9. 101.

gò appellatis, qui moribus nostris episcopos omnes non modo presbyteros antecedunt, paulò pòst differemus. Hypodiaconi longo post Diaconos tempore instituti sunt, quòd diaconi omnia quæcumque ad ministerium suum pertinent obire & exequi præ multitudine negotiorū non possent, nondum videlicet institutis ordinibus, qui inferiores dicuntur. Subest ergo Hypodiaconus diacono, vt presbytero diaconus, iuxta vetus prouerbium οὐλος πρὸ οὐλα, οἰκτόνος πρὸ διεκτόνος, idq[ue] vox ipsa satis indicat^g. Archidiaconi ex corpore diaconorum creari primùm soliti sunt eadem ratione qua & Archipresbyteri ex presbyterorum ordine, de quibus suprà locuti sumus^h: nempe vt quæ ad diaconorum officium spectant, tain ipsi exæquerentur, quām à diaconis

g. c. cler. 21. distin.

b. dic. c. legi-
mus.

diaconis exequenda perficiēdaque curarent ac
 iuberentⁱ. Horumque institutionē nouam non
 esse, ex eo constat, quod Hieronymus eorum
 meminerit ad Nepo. & veterum alij plerique^k.
 Tradunt & historicorum nonnulli Laurentium
 martyrem sub Sexto Pont. Romano hoc mu-
 nere funētum, & pecunia ecclesiasticæ custo-
 diam habuisse. Perrò huic diaconorum cœtui
 qui sub episcopo oblationum omnium obuen-
 tionumque ecclesiasticarum curam habebant,
 cùm valde excrescissent ecclesiasticae possessio-
 nes ac redditus, adiuncti sunt œconomi, vel po-
 tius in œconomos hoc onus reiectū est^l: vt li-
 berius possent diaconi presbyteris sacramenta
 dispensantibus in Ecclesia assistere & ministra-
 re: & ne prædiorum possessionumque procu-
 ratio variæque lites, quæ earum rerum nomine
 moueri solent, à sacro spiritualiisque munere eos
 auocarent^m. Horū crebra mentio est in consti-
 tutionibus Iustiniani. Tametsi autem presbyte-
 rorum gradus quam diaconorum longè subli-
 mior nunquam non habitus sit, & contradic-
 centium ambitiosa temeritas grauissimorum vi-
 torum authoritate repressa semper ac damnata:
 illud tamen obtineri ad extremū non potuit, vt
 archidiaconi in presbyteros, atq; adeò in archi-
 presbyteros ipsos potestatem non haberent. Id-
 que excusatitur hoc prætextu, quod Archidiaconi
 non modo inspectionem & observationem, vt
 olim, sed coercionē etiam iurisdictionemque

*i. c. perlecris.**25. diff. c. vo-**lumnus. 89. di-**stinct. & 94.**distinct. cap. si-**quis. c. vlt.**lx. hijto. trip.**lib. 5. cap. 48.**Theod. lib. 2.**cap. 31.**l. c. quoniam**c. in noua. 16.**9. 7.**m. conc. Chal**ced. c. 26. &**bis. pal. 2. c. 9.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

n.e.i. de offic.
archid.c. per-
lettis. 25. dist.
habeant, & veluti quodam magistratu fungan-
tur *. Maximæ autem dignationis hoc munus
fuisse superioribus seculis in Gallia, vel illud ar-
gumēto est, quod nostrorum annalium scripto-
res memoriarē prodiderint, Ludouici Crassi Frā-
corum regis filium in Ecclesia Parisiēsi hoc mu-
nere functum fuisse. Quāquam id alia etiam ra-
tione factum dici fortasse potest.

De cardinalibus Romanae Ecclesiae, cur ita
vocentur & unde ortum habue-
rint. Cap. 13.

Ordo postulare videbatur ut post Pōtificem
Romanum de amplissimo purpuratorum colle-
gio qui Cardinalium nomine censentur, dispe-
seremus: sed quia inter eos episcopi quidā sunt,
alij presbyteri, alij diaconi, melius esse duximus
& ad docendum accommodatius de diaconis
aliquid prius attingere. Et videntur Cardinales
appellati quasi præcipui atque primarij, cæteris
que episcopis, presbyteris, & diaconis digniores
ac præstantiores, non aliter ac magistri quidam
militum dicuntur Cardinales in vetere indice
ciuilium, militariumque officiorum, qui absque
ullius authoris nomine editus est. Nam episco-
po Romano ad tantæ maiestatis fastigium eue-
cto, par erat non solum episcopos vrbi vicinos, à
quibus consecrabatur, sed presbyteros & diaco-
nos quoque eiusdem vrbis simul cum capite suo

paula-

paulatim crescere, cùm præsertim horum consilio vt quiuis episcopus siue archiepiscopus in Ecclesia regenda ab initio vteretur, vt ex iam dictis perspicuum est. Non enim videntur presbyteri vrbis Romæ aut diaconi multo maioris omnium dignationis, quam aliarū ecclesiarum fuisse. Idque Hieronymus Ecclesiæ Romanæ presbyter & ipse crebro affirmat. Cuius temporibus Cardinalis appellationem in vsu nondum fuisse verisimile est, cùm nusquam ea vox in scriptis eius reperiatur. Deducitur autem à Cardine, nisi fallor, quo sustinentur & voluuntur ostia siue ianuæ. Eorum siquidem consilio, nutu & auctoritate totus orbis Christianus moueri, volui, sustentarique creditur. Inde apud Latinos auctores hæ loquendi formulæ manarūt, In eo rei cardo vertitur, id est, ex eo tota res pendet: & Cardinem causæ in aliquo ponere, id est, summam litis constituere. Quintil. Hic causæ cardinem, ponit, in quo si vicitus fuerit etiam in sequentibus ruit. Quanuis igitur vñstatū non fuerit apud veteres Cardinalis vocabulum, tamen ratio probabilis ostensa est, quamobrem summa illa Ecclesiæ columnina nunc ita appellantur. Sed omittendum non est aliquanto latius olim acceptū fuisse vocabulum ab iis, qui illud fabrefecerunt atque usurparunt. Nam Gregorius magnus saepè numero in epistolarum volumine de episcopis loquēs sacerdotes cardinales eos appellat, quod presbyteris, vt suprà diximus, maiores & excel-

DE SAC. ECCL. MINIST.

v. c. relatio. c. lentiiores sint*. Et Leo^p presbyteros cardinales
illud. 21. q. 1. meo iudicio vocat, nō quosuis presbyteros, sed
c. pastoralis. qui in maiore Ecclesia, quam cathedralem dici-
7. q. 1. mus, rem diuinam simul cum episcopo suo fa-
p. c. 2. de off. archipres. lib. ciunt: Canonici hodie vulgo appellati. Mittο
5. decret. quod in quibusdam ciuitatibus, cuiusmodi Ra-
uenna est & Compostella, etiamnum sacerdo-
tes quidam præcipui hoc nomen retinent. Sed
splendor amplitudoque Senatus illius Romani,
qui ex cardinalibus constat, facit ut hodie in ex-
teris ecclesiis, excepta Romana, ludibriis obno-
q. gl. c. pudor. xia sit non minus quam Iuetotij regis apud nos
32. q. 2. ista appellatio*. Hi enim à regio non longè ab-
sunt fastigio, eorumque insigne est rubet pileus.
Cuius vsum Innocentius III. ornandi eius or-
dinis causa ipsis concessit. Ex his facile est colli-
gere quod interpres Decret. quodā in loco scri-
bit, Episcopi cuiusqne ciuitatis maiorem quam
diaconi aut presbyteri Romanæ Ecclesiæ cardi-
nalis dignitatem esse. Quod vel authoritate Au-
gustini confirmatur in quadam ad Hieronymū
Romanæ Ecclesiæ presbyterum Epistola. Quā-
quam, inquit, secundum vocabula quæ vſus ob-
tinuit, episcopatus sit presbyterio maior. Augu-
r. c. quanquā stinus tamen Hieronymo minor est*. Nec aliani
2. q. 7. vbi gl. esse causam presbyterorum aut diaconorum ur-
bis Romæ, quam cuiuscunque alterius ciuita-
f. c. legimus tis demonstrat Hierony. in Epistola ad Euag.
93. distin. vbi glof. Quod quidem sacrosanctæ potestatis eleuandæ
gratia nunc à me dictum nolim quisquam exi-
stimet

stmet, sed ut fons & origo eiusdem magis innotescat. Verum hæc inualuit consuetudo, quæ speciosis quibusdam rationibus vulgo defendi solet, ut tam presbyteri quam diaconi Romanæ Ecclesiæ cardinales longo interuallo omnes a-
lios episcopos ac presbyteros antecedant^t. Ac tametsi ad dignitatem episcopalem promoueri eos quotidie videamus, certum tamen atque ex- ploratum est, contra veteres canones & institu- ta maiorum id fieri, cum assidui in Ecclesia pa- rœciaque sibi commissa more aliorum cuiusque diœcœlos presbyterorum, aut diaconorum es- se debeant^v. Itaque veniam eis & gratiam ca- nonum impetrare necesse est.

*t.glo.in prag.
fan.in verbo.
legitime.tit.
de nu. e^r.
qual.card.*

*v.c.2.de cler.
non residen.*

¶ Qui fuerint olim Ostiarij, Lectores, Exorcistæ, Acoluthi, &ceteri omnes qui clerici appelle- lantur: unde mos tondendi capitis ortus sit, atque item consuetudo canendi in sacris ædibus. Cap. 14.

I N V E T E R I Ecclesia non erat hæc munerum distinctio, quæ postea in usum venit, ut alij Ostiarij dicerentur, alij Lectores, Exorcistæ, aut Acoluthi, sed Diaconorum Hippodaconorumque muneri coniuncta erant hæc omnia^x. Huius rei locuples testis est Hieronymus^y, qui ordines quinq; ac veluti classes totius Ecclesiæ describens post episcopos, presbyte- ros, & diaconos, nec ostiariorum, nec lecto- rum, aut acoluthorum mentionem ullam facit:

*x.c.1.21.dif.
c.vlt.60.dif.
y. in.19.c.
Esaie.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

sed fideles omnes in quarto ordine locat, & cat-
echumenos in postremo. Verum procedente
tempore vnum idemque munus in plura disper-
titum est, idque à Caio Pontifice Romano pri-
mum, ut quidam scribunt: eiisque partitionis fa-
cienda magna oblata est occasio. Nam ut semi-
nariorum quoddam esset eoru, qui episcopis, pres-
byteris & diaconis succederet, alebatur sumptu
publico magnus iuuenu numerus Ecclesiæ mi-
nisterio consecratorum, qui interim non solum
instituebantur in studio literarum, sed portio a-
liqua etiam munerum ecclesiasticorum ipsis co-
mittebatur. Eorum nempe quæ leuiora mino-
risque momenti essent, quæque antea à diaconis
obiri solebant, ut his veluti rudimentis quibus-
dam ad maiora grauiorâque obeunda præparâ-
rentur. Ac ne qua confusio perturbatioque eam
functionem impediret, distincta sunt diuisaque
inter ipsos officia, ita ut unusquisque suo munc-
ri bona fide incumbens, de alieno sollicitus non
esset. In qua distributione gradus quidam ideo
constituti sunt, quod eorum munerum alia aliis
digniora videbantur. Nec poterat quisquam ad
maius promoueri, qui in minore anteversatus
non fuisset. Sed de his gradibus constituendis,
ac discernendis, quia non conuenit inter juris
Pontificij Theologiæque doctores, & subdiffi-
cili est explicatio propter varietatem locorum
ac temporum, quæ authorum locis, qui de ea re
scriperunt, non nihil tenebrarū obduxit: sequat
distin-

distinctionem ordinemque traditum à Gelasio
 Sylvestroque pontificibus Romanis apud Gra-
 tianum^a, qui quatuor classes ponunt, ostiariū, *a.c. illud. 77.*
 lectorū, exorcistarum, acoluthorum, nec dissimi- *dist. c. à sub-*
 lis est enumeratio Leonis Pontificis^b, nisi quòd *diacono. 93.*
 iis omnibus præponit clericos, sicut & synodus *distin.*
 Carthagin. psaltas^c, quasi psaltarum aut clericō- *b.c. seriatim.*
 rum distinctus sit à cæteris ordo, isque infimus *32. dist*
 omnium. Nam Isidori descriptiones nō moror, *c.c. psalmista.*
 in quibus mihi non videtur usquequaque ordi- *23. distin.*
 nis rationem habuisse^d. Primus igitur gradus, *d.c. cleros. 23.*
 ut ab infimis incipiamus, eorum est, qui Græcè *dist. c. perle-*
 $\pi\acute{\alpha}\lambda\omega\varphi\circ\iota$, Latinè ostiarij dicuntur, quibus aperiendī & claudendi templi cura mandatur, eosque *clis. 23. distin.*
 repellendi & excludendi, quibus sacra communione interdictum est^e. H̄i numero certum fue- *e. diet. c. per-*
 runt in Ecclesia Constantinopolitana authore *lectis.*
 Justiniano^f. Secundus gradus est eorum, qui sa- *f. Nouel. 3.*
 cras scripturas ex suggesto in Ecclesia recitant,
 & hi $\dot{\alpha}\nu\alpha\gamma\omega\varsigma\omega\iota$, id est, lectores dicuntur^g. Quo *g. d. c. perle-*
 munere aliquando functum fuisse in Ecclesia Iu- *dis.*
 lianum imperatorē testis est Theodoritus^g. Au- *g. lib. 3.*
 thor est etiam Socrates in Alexandrina Ecclesia
 nō solum fideles, sed etiam catechumenos huic
 ministerio adhiberi solitos fuisse, cum in cæte-
 ris ecclesiis id minimè obseruaretur^h. Tertius *h. Tripar. lib.*
 gradus est Exorcistarum, quorum officium erat *9.c. 38.*
 catechumenis & energumenis, qui à cacode-
 mone vexabantur, manus imponere, & solen-
 nibus quibusdam imprecationibus, & obsecra-

DE SAC. ECCL. MINIST.

i dict.e. per-
leclis.
lz. l. i. ff. de
extra. cognit.
I. Matth. 27. tionibus dæmones fugare¹. Vlpianus noster ex-
orcizare verbum impostorum esse scribit². Nec
mirum est ab Vlpiano Christianæ religionis ho-
ste acerrimo impostores fuisse ministros Eccle-
siæ appellatos, cùm & Christo ipsi idem aliquan-
do obiectum fuerit³. Nam Vlpianus (vt obiter
id referam quod de eo Lactantius scribit) rescri-
pta principum contra Christianos lib. 5. de Of-
fic. procons. collegit, vt doceret quibus pœnis
affici oporteret eos qui se cultores Dei confite-
rentur. Horū exorcistarū non meminit Iustinia-
nus in lib. τῶν νομῶν, quod in Ecclesia Constan-
tinopolitana, vt existimo, vslitatū non esset hoc
m. l. presbyte-
ros. C. de epi-
scō. & cler. ministerij genus, sed meminit Valentinianus⁴.
n. Nouel. 6. Quartus gradus est eorum qui Acoluthi Græcc^e
dicebantur, id est, comites seu ministri, ideo for-
tassis quia episcopū comitabātur quocunq; pro-
ficiisci vellet. Nā episcopus magno famulitio sti-
patus iam olim incedebat, vt author est Iustinia-
nus⁵. Et extat rescriptum cuiusdam Pontificis
apud Gratianum, quo præcipitur episcopis vt
comites semper aliquos secum ducāt famæ sus-
o. c. inbemus
de cōfec. dist. 1 pictionisque vitandæ causa⁶. Vel ideo Acoluthi
appellati sunt, quod funus vnā cū canonicarum
& ascetiarum cœtu comitarentur. Nam eos id
munus obire solitos fuisse satis perspicuum est
p. Nouel. 59. ex constitutione Iustiniani⁷. Sed nescio quo
modo tandem factum est vt hoc munus in lu-
minariorum curam postea conuersum sit, & do-
ctores nostri passim acoluthos ceroferarios in-
ter-

terpretentur ^{q.} An autem cantores propriam classem ordinemque distinctum à cæteris habuerint, nécne, quæri solet, & hoc sensisse videatur Isidorus ^{r.}, cuius sententia autoritate Iustini ^{r. dict. cap.} niani vt cūque iuuatur ^{s.} Et fortasse aliquo tempore, & aliquibus in ecclesiis ita obseruatum est. Ego autem puto omnium ordinum ac præsterum inferiorum, de quibus antè diximus, commune fuisse psallendi officium ^{t.} Mouet me quod Pontifices, quorum suprà meminimus, in ordinum catalogo hunc non recenseant ^{v.} Ideò autem Leo Ponti. in primo ordine posuit clericos, eosque ostiariis præposuit: & synodus Carthaginensis psaltas, siue catores: quia recens cooptatis in clerum non statim proprium concedebatur officium, quanuis permitteretur eis vna cum cæteris in choro psallere, idque sine vlla episcopi ordinatione ^{x.} Verùm quia nihil habebant quod cæterorum cōmune non esset, quanuis & psalte, & clerici verè dicerentur, in certam classem eos non retulit Gelasius. Vt cunque se res habeat, certum est eos non minus inter clericos, quam cæteros de quibus suprà diximus numerandos esse, cùm diuino cultui addicti mancipatiique sint. Nam quāvis appellatione ^{y.} ον κλησιῶν θ. c. duo sunt in sacrī libtis fidelium grec contineatur, qui gubernādus ^{z.}: tamen peculiariter his hoc nomine ^{y. i. Petri. c. 5} tribuitur cōsuetudine loquendi vulgò recepta, qui sacro ministerio Ecclesiæ dediti deuotique

DE SAC. ECCL. MINIST.

sunt; idèò fortassis, quia olim forte eligi solebat,
vel quòd eos Deus velut forte quadam in suos
elegisse videatur^a. Specialiter autem hoc nomi-
ne designari solent ij qui raso tonsaque capite
in clerum recepti nullo adhuc proprio ministe-
rio funguntur, nec aliud nomen proprium ha-
bent. vnde autem hic mos tondendi radendi-
que ortum habuerit, vix certò cognosci potest.
Quidam exemplo Nazaræorum Mosaicæ legis
inductum id putant, de quorum instituto men-
tio est in libro Numerorum^b. Nazaræi verò di-
cebantur, ut quidam eruditæ interpretantur, qui
vt liberius vacarent legi discendæ & expenden-
dæ benignitati Dei, aliorum commercio se ab-
dicabant ad tempus, & Domino se totos de-
debant: Vel qui cùm profusius vino, & reliquis
corporis deliciis vñi fuissent, posteà seueriori vi-
tae generi se mancipabant, vt corpus affligeret.
Alij à sacerdotibus AEgyptiis id ortum asse-
runt, quorum meminit Herodotus^c. Alij hunc

c. in Euterpe. fuisse morem antiquum testantur, ut ij demùm
comam nutritent, qui elegantiæ, ornatus &
lauticiæ studiosiores essent. Ideoque vt clerici
inanis cuiuscunque apparatus, & splendoris se
contemptores profiterentur, statutum fuisse ne

x. Aug. de quis in clerum nisi vertice raso admitteretur^d.
op. monac. ad Et huic sententiæ maximè suffragatur quod AE-
finem. & in milius, & alijs quidam non leues authores scri-
retract, bunt, olim in Longobardia capillum barbam-
que ponere, sanctioris cuiusdam deditiois ar-
gumen-

gumentum fuisse^d. Nam & apud Francos, ut d. AEmil. in
idem ait^e, promissa barba intonsusque capillus Caro. Ma-
Regiae nobilitatis insigne habebatur. Adde gno.
quod apud Lacædemonios quondam ingenui ^{e. et AEmil in} Clodo. et Clo-
tantum comam alebant. Inde illud Aristopha- ^{ta. 2.}
nis^f, cuius meminerunt Parcemiographi, οὐλος f. in Aub.
δύ κόπιλος ἔχεις, Seruus cum sis, comam habes. Cu-
riositatēm verò & delicias veterum Romano-
rum in coma & capillis insectatur Seneca^g, his „ ^{g lib. de bre}
verbis: Quid illos ociosos vocas, quibus apud „ ^{uit. vita. c.}
tonsorem multæ horæ transmittuntur, dum de- „ ^{12.}
cerpitur siquid proxima nocte succreuit, dum „
de singulis capillis in consilium itur, dum aut „
disiecta coma restituitur, aut deficiens hinc at „
que illinc in frontem compellitur? Quomodo „
irascuntur si tonsor paulò negligentior fuit, tan- „
quam viuum tonderet? Quomodo excandes- „
cunt, si quid ex iuba sua decisum est? si quid ex- „
ita ordinem iacuit, nisi omnia sua in annulos „
suos reciderunt? Quis est istorum qui non malit „
Rempub. suam turbari, quam comam? qui non „
solicitior sit de capitis sui decore, quam de sa- „
lute? qui non comptior esse malit, quam hone- „
stior? Hos tu ociosos vocas, inter pectinem spe- „
culimque occupatos. &c. Ego in plerisque con- „
stitutionibus obseruavi tonsuram pœnæ genus,
idque graue & ignominiosum fuisse, quarum
nonnullæ quæ Principum Romanorum sunt,
apud Harmenopulum extant, aliax inter con-
stitutiones Caroli Magni, & quorundam alio-

DE SAC. FCCL. MINIST.

rum Franciæ regum referuntur. Tantus erat ho-
minum eius temporis in comam suam affectus.
Sed & Paulus in epistola ad Corinth. indeco-
rum ait viros comatos esse, idque naturam ipsam
*i. 1. Cor. 11. c.
lx. c. prohibe-
te. 24. dif.*
satis nos docere scribit¹. Quæ Pauli admonitio
huius clericorum instituti fortè causa fuit². Ve-
rūm ut ad cantiones reuertatur, sciendum est
hunc canendi morem longè antiquissimum, &
iam inde ab apostolorum temporibus in Eccle-
sia vſitatum fuisse. Quod vel ex epistolis Pauli
facile animaduerti potest. Testatur id ipsum &
Plinius Cæcilius in quadam ad Traianum epi-
stola, in qua de Christianis ita loquitur: Af-
fir-
” mabant hanc fuisse summā vel culpæ suæ, vel
” erroris, quòd essent soliti stato die ante lucem
” conuenire, carmenque Christo quasi Deo, se-
” cum dicere inuicem, &c. Sobria enim illa mu-
sica & pronuntiationi vicinior quam cantui,
quam in Alexandrina Ecclesia fertur institui-
se Athanasius³: facit ut verborum sensus effi-
cacious influant in animos auditorum, non illa
operosa & theatrica quæ hoc tempore in Ec-
clesia frequentatur. In plerisque sanè ecclesiis
serò admodum ritus canendi receptus est, cùm
Augustinus⁴ scribat tempore Ambrosij pri-
mùm in Ecclesia Mediolanensi institutum, ac
inde in alias occidentales ecclesias perductum
fuisse. Et Theodoritus author est⁵ Flauianum,
& Diodorum in Ecclesia Antiochena morem
Dauidicos psalmos decantandi in duas partes,
diuisis

*I. August. lib.
10. confes.*

*m in lib. 9.
confes. c. 7.*

n. lib. 2. c. 24.

diuisis canentium cœtibus, induxisse. Hodie sic ista modulatio vbique probatur, vt inter omnia Ecclesiæ ministeria tanquam præcipuum maximeque necessarium habeatur, celebreturque. Nulliusque rei tutela maior est ac sumptuosior in sacris ædibus. Nec tantum iis cantionibus vacant inferiorum ordinum clerici, quibus hæc cura olim mandabatur, sed sacerdotes etiam & diaconi, quibus officio cantandi aliquando interdixit Gregorius, ne vel hi à pauperum cura, vel illi à doctrina diuina propter hoc psal-lendi onus auerterentur^o. Adde quod sicut ex o. c. in saecula ordine presbyterorum & diaconorum anti-^{92. distinet.} quitus creati sunt archipresbyteri & archidia-coni, sic cantorum choro hodie præsidet unus, præcentor vulgo appellatus, penes quem est auf-picatus melodiæ, quod Græci ἡρόσιμον vocant^p. p. c. cleros. 21. Quo in munere plurimum inesse dignitatis cre-duntur, adeò ut vel archipresbyteris ipsis, nisi fal-lor, præponi soleant.

De scholæ ecclesiastice magistris & do-
ctoribus. Cap. 15.

Quanuis episcopi officium sit populum in Ecclesia docere, tamen apud Paulum doctores à ceteris Ecclesiæ ministris & pastoribus distin-guuntur^q. Fuerunt enim antiquitus ecclesiæ scholæ, ad clericorum & aliorum egen-tium eruditionem institutæ: quibus scholis pre-

E iiiij

DE SAC. ECCL. MINIST.

ficiebantur magistri, qui nō literas modo sacras,
sed grammaticam etiam & liberales disciplinas
docerent. Erat igitur hoc munus à pastoris of-
ficio distinctum & separatum. Qua ratione Gre-
gorius episcopum quēdam obiurgat, quod grā-
maticam profiteatur ⁷. Et veteris huius consue-
tudinis in Alexandrina Ecclesia meminit Eu-
sebius ⁸: in qua Ecclesia functos eo munere ful-
se Pantenum, Origenem, & Achillam viros
doctissimos refert ⁹. Idēmque de Didymo A-
lexandrino scribit Ruffinus ¹⁰. Recentioribus
verò canonibus statutum est, ut non solum in
maioribus seu cathedralibus ecclesiis, sed in cœ-
teris etiam inferioribus magistri doctorésque li-
beralium artium iuuentucis erudiendæ gratia
ab episcopo & collegio ecclesiastico constituā-
tur ¹¹. Sed inualuit consuetudo, ut ab episcopo,
scholarchus quidam omnibus his scholis eccle-
siasticis præficiatur, qui magistros deligat, & cœ-
tera quæ ad scholarum tutelam necessaria sunt,
procuret & exequatur.

*De sacris ordinationibus, &c cur olim absolute
quenquam ordinari vetitum sit.*

Cap. 16.

Presbyter, Diaconus, Hypodiaconus, Lector,
&c. nomina quondam fuerunt certorū minist-
riorū, ac onerū in quaque ecclesia, nec ullus ho-
rum erat qui munus illud suū non exequeretur.

Nam

Nam quia absolutè & sine titulo ordinationes
ficeret vtabantur, certum erat ministerium cuius-
que siue presbyteri, siue diaconi, siue lectoris,
&c. & cuique certus locus assignabatur, cui ve-
lut mancipatus ad strictūsque erat ^{y. gl. c. vlt.}. Verba con-
ciliij Calchedonensis hanc prohibentis ordina- ^{66. distin.}
tionē hæc sunt, μηδένες ἀπολελυμένας χειροτονεῖσθαι, »
μήτε προσβύτερον, μήτε διάκονον, μήτε διάκονα τῷ οὐ τῷ »
ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἴδιως ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, »
ἢ κώμης,ἢ μαρτυρίῳ μονασηρίῳ χειροτονούμενος ἐστικυρύτ-
ται, &c. Quæ verba refert Gratianus LXX. »
dist. vbi possessionis legitur, pro pagi, sed fortas-
sis interpres νόμος legit, non κώμης. Huic consen-
taneum est, & quod ibidem ex concilio Placen-
tino recitatur. Sanctorum canonum statutis cō- »
sona sanctione decernimus, vt sine titulo facta »
ordinatio irrita habeatur, & in qua Ecclesia quis »
intitulatus est, in ea perpetuò perseueret ^{b.} Po- »
steriores verò constitutiones Pontificum huic ^{b. c. sanctorū.}
iuri derogauerunt, quibus constitutum est, vt ir- ^{70. dist.}
rita non sit ordinatio, sed is qui ordinavit, ordi-
natum si egens sit, interim alere cogatur, dum
certus ei titulus assignatus fuerit ^{c.} Quæ consti- ^{c. c. 2. c. episco}
tutiones confusionem incredibilem & dedecus ^{pus. c. cum se-}
attulerunt Ecclesiæ. Idque satis prospexerat fu- ^{cundū. de pre-}
turum Iustinianus, vt ex nouel. IIII. facile col-
ligitur. Sed ad rem. Quia igitur redditus ferè ali-
quis, siue, vt loquimur, beneficium cum mini-
sterio coniunctum erat, simul cum ministerio
& beneficium ipsum conferebatur. Non aliter

DE SAC. ECCL. MINIST.

ac hodie cùm Princeps magistratum creat, annonas & stipendia illi magistratui attributa cōcedere eadem opera intelligitur. Hinc factum est, vt omnes clerici tutelæ, cæterorūmque munerum personalium vacationēm habeant, ne videlicet ob munera publica à functione ministeriōque suo auocentur^d. Argumento illud est, quod iis demum hæc vacatio tribuitur qui in ministerio suo occupati sunt^e. Hodie nec diaconis, nec aliis inferioribus clericis ullus locus est in Ecclesia, ullumve ministeriū, aut munus quod exequātur. Sed quia priscis canonibus statutum est, vt nemo presbyter ordinetur nisi per omnes gradus inferiores ascenderit, ideo dicas causa, vt ita dicam gradatim ordinari solent, idque certe quodam solennique ritu, vt ad honorem, presbyterij, aut quemuis alium sublimiorem capessendum idonei reddantur. Potestque dici imaginaria hæc ordinatio, quomodo olim imagina-tione. Presbyteri autem ordinantur certo etiam ritu ac ceremonia, non vt ecclesiam certam regant, certumve populum, vt olim fiebat, sed vt si forte contingat eos ad curationem alicuius Ecclesiæ promoueri, ij quasi iam consecrati atque iniciati eam suscipere, beneficioque illi coniuncto frui possint. Ac interim missas passim celebrare eis permittitur, vel gratis, quod perraro fit, vel accepta ab aliquo leui tenuiq; mercede. Itaq;
yto-

d.l. presbyte-

ros. C. de epis.

& cleric.

c. l. g. generali-

ter. C. de epis.

sc. & cler. c.

generaliter.

16. q. 1.

Vtopienses presbyteri non insulæ fortassis nec
ineptè dici poterūt, vt à germanis illis presbyte-
ris qui certas ecclesiæ regunt, discernātur Septē-
verò huiusmodi ordinationū gradus vulgò esse
dicuntur, totidémque sacramēta, quanquam de
numero cōtrouersia est inter iuris pōtificij theo-
logiæque doctores. Primus est Presbyterorū, se-
cundus Diaconorum, Tertius Hypodiaconorū,
& sic deinceps. Proinde tam onus procurationis
Ecclesiæ, rerūque ecclesiasticarum, quām e-
molumentū beneficiūque illi cohārens ab or-
dinatione moribus nostris ita separatur, vt ordi-
natio absque iniūcto onere beneficiōque collato
fiat. Et hēc quidē verbi significatio hodie vulgò f. c. cū secund.
probatur, nec eam improbare volo. Ego autē la- dum, w. pree-
tiū hoc vocabulū in tota hac disputatione ferē bend.
accipio, nēpe pro quacūqae ad ministeriū ecclē-
siasticū promotione. Et hoc sensu Archiepisco-
pi, episcopi, archipresbyteri, archidiaconi, præ-
positi, decani, œconomi, archimādritæ rectè di-
cuntur ordinari, cūm eliguntur, creantur, insti-
tuuntur. Estque hēc significatio apud iuris pon-
tificij quoque authores vītata. Nam & apud g. 60. distin.
veteres Latinos ordinari dicebatur is, qui ad ho- c. 1. 2. 3. c. ab-
norem magistratūve aliquem prouehebatur. batem. c. nul-
Tranquillus in Vespas. Quendam è charis mini- lam. 18. q. 2.
stris dispensationem cuidam quasi fratri petentō
cū distulisset, ipsum candidatū ad se vocauit,
exactāque pecunia quantā is cū suffragatore suo
pepigerat, sine mora ordinavit. Idē in Domiti.

DE SAC. ECCL. MINIST.

Auditus est certè dum ex eo quærerit eccl. sciret, & quid sibi visum esset ordinatione proxima Ægypto præficere Metium Rufum. Hinc consequitur presbyteri duplēm ordinationem cl. sc. Vna est cùm solenni ritu consecratur, & idoneus redditur ad Ecclesiæ gubernationem, quāuis nulla ei Ecclesia tum assignetur quam regere possit. Altera est cùm ei certa Ecclesia committitur regenda, certūmque beneficium conferatur sine ullo ritu, ac ceremonia: etenim verbo ordinationis vtitur Gratianus in utraque signi-

b. c. adiunctione ⁴.

mus. 16. q. 1.

*vide c. pasto-
ralis. 7. q. 1.*

De pseudoclericis.

Cap. 17.

Diximus in superiori capite veteres canones hodie frigere & negligi, quibus cautum erat ut nemo absolutè clericus ordinaretur. Qua ex re plurimum incommodi natum est in ecclesia Christiana. Nam quia nulli certo muneri destinantur qui vulgo ordinari solent, & rasum habere verticem satis est, vix ullus reperitur, qui ad sacram illum ordinem non adspiret, ut eius ordinis priuilegiis atque immunitatibus fruatur. Cùm autem nemini ferè hæc initatio negetur ab antistibus, qui fortassis è re sua credunt esse quamplurimos sibi obstrictos, subiectosque homines habere, nunc perditissimus quisque a profligatissimæ vitæ in eum ordinem cooptatur, & ad illud veluti impunitatis asylum con fugit.

fugit. Quondam ij demum clerici habebantur, qui munere suo fungebantur in Ecclesia, nec aliquis quisquam priuilegia istius ordinis sibi vindicare audebat⁴. Sed hodie inualuit ea consuetudo aut corruptio maxima potius, vt ad seueritatem iudiciorum publicorum eludendam, detonsum caput cum antistitis nescio cuius elo-
gio, id est grauissimorum scelerum impunitatis symbolo quodam, iudicibus ostendere sufficiat.
Atque hinc sit vt principum atque magistratuū in tanta tamque manifesta indignitate conniveniam satis admirari non possim. Sed de hoc genere clericorum, aut pseudoclericorū potius, aliis in locis infra differemus.

i. not. in c. vlt.
de vita. & ho-
nest. cler. l. ge-
neraliter. C.
de episco. &
cleric.

De canonicorum collegio. Cap. 18.

De canonicis satis antē dictum videtur ea parte, qua de presbyteris & aliis quibusdam Ecclesiæ ministris differuimus. Nam canonicorum collegium quod veluti senatus quidam est Ecclesiæ, vt verbis utar Hieronymi⁵, ex his consta-
tum est. Dicti autem videntur canonici à cano-
ne siue regula, quia communem quandam viræ
regulam, institutumque obseruant, ideoque ca-
nonicè viuere dicuntur à Gregorio⁶. Quo sensu l.c. quoniam.
canonicas quasdam mulieres à Iustiniano dictas 12. q. 1.
arbitror⁷. Nam ecclesiarum ministri antiquitus
certis se votis obstringebant, ferè non aliter ac
monachi, de quibus mox dicturi sumus. Nec

l.c. Ecclesiæ.

16. q. 1.

12. q. 1.

m. Noucl. 59.

DE SAC. ECCL. MINIST.

eorum vitæ ratio à monachorum instituto mul-
tum discrepabat. Sed posteaquam horum soda-
litorum nonnulla iis vinculis soluta liberataque
sunt: factum est ut cæteri ab imperitis qui vim
Græci verbi patum assequebantur, non simpliciter
canonici, sed canonici regulares vulgo dice-
rentur, quasi diuersa esset vtriusque vocis signifi-
cacio. Quod si quis à canone dictos potius esse
contendat, id est, pensione, siue annona quæ ip-
sis distribuebatur velut pro stipendio & merce-
de, equidem non repugno. Canonicam enim
ordinariamque ac certam pensionem ij tantum
accipiebant fortè, qui in id collegium coopta-
bantur: cæteris Ecclesiæ ministris siue clericis
pro cuiusque merito aliquid erogari solebat, ex
oblationibus incertis, quæ fiebant in ecclesia.
Nam ea est ferè eius verbi significatio apud ve-
teres". Vnde videtur & canonica illa portio no-
men accepisse, cuius mentio crebra est in iure
pontificio. Quanuis Innocentius III I. satis pro-
babiliter canonicam legitimam interpretetur.
Habent hæc canonicorum collegia suos quo-
dam præfectos, qui vel præpositi vel decani se-
cundum cuiusque Ecclesiæ consuetudinem di-
cuntur.

n. I placet. C.

de sacro. eccl.

I. I. C. de in-

diçt. tit. c. de

cano. fruen.

vrb. Roma.

& lib. TW

verxpwv const.

128.

o. c. vlt. de te-

stis.

p. c. officij. de

testa.

De ministris Ecclesiæ qui clerici
non sunt. Cap. 19.

Quidam sunt ministri in ecclesiis, qui laici
atque

atque adeò plebeij nonnunquam magis quàm
clericī censem̄t. Huiusmodi sunt cōeconomi qui
dispēlationem facultatum ecclesiasticarum sub
episcopo habent, quorum meminit sāpe Iusti-
nianus ^{2.} Item syndici siue defensores & apo-
crisiarij siue responsales, qui causis forensibus
nomine Ecclesiæ & legationibus dant operam
^{q. sub. tit de fa-}
^{cro. Eccles. Cr.}
^{tit. de epis. Cr.}
^{cler.}
^{r. tit. de Synd.}
2. Hi quoque qui nolarum ænearum pullatione
& campano sonitu conuocant populum, Eccle-
siæ ministrant atque inseruiunt. Sed nemo ho-
rum ideo clericus esse intelligitur. Eadem est
causa eorum qui ad ægrotantium curam adhi-
beri olim consueuerant, & Parabolani ideo for-
taassis dicebantur, quia παράβολον ἐργον id est, tem-
periculi ac discriminiis plenam tractabant ^{1.} His ^{f. l. placet. C.}
aunumerandi sunt & decani de quibus loqui-
tut Theodosius ^{2.} Nam hos in numerum cleri-
corum non referri satis apertè ostendunt Iusti-
niani constitutiones quibus eorum officium de-
scribitur ^{3.} Quanvis nonnulli decanos pro cle-
rics & canonicis accipiānt ^{4.} Sed cur inter cle-
ricos non numerantur, dixerit aliquis: sicut o-
stiarij & acoluthi, quorum munus non magis ^{5.} ^{v. Nouel. 43;}
spiritale quàm istorū esse viderur ^{6.} Respondeo il-
lū ^{7.} ^{¶ 59.}
ostiarios, acoluthos, & alios huiusmodi de qui-
bus suprà dictū est, ideo clericos censeri, quia in ^{y glos. in c. 1.}
clerū recipiātur ut aliquāto spiritualia tractent, &
presbyterorū atque episcoporū officio fungātur:
Sed onus claudēdi tēpli vel aliud simile, vt inten-
tim se exerceant, & ad sacrā functionem se præ-

DE SAC. ECCL. MINIST.

parent, ipsis iniungitur. Alij verò qui spiritali ad-
ministrationi dicati consecratique non sunt;
quanuis Ecclesiæ inferuant ac ministrent, inter
clericos non sunt habendi. Constitutionibus ta-
men plerisque cautum est, vt non nisi ex cleri-
corum cœtu ad tractāda Ecclesiæ negotia quis-
a.c. indicatū. quam assumatur ^a. Quod ius aliquam vtilitatem
89. dist. c. in habet, si opera quædam sordida seruiliaque de-
noua. 16. q. 7. mas, & earum rerum procurationem quæ ab in-
e. decernim^b, stituto clericorum abhorrent, cuiusmodi sunt
de Iudic.
b. l. repetita. forenses controvēsiæ ^b. Nam laïcorum opera
C. de episco. & labore in talibus negotiis vti magis decet.
& cler.

De monasteriis & monachis, eorūmque statu,
conuersatione, & instituto. Cap. 20.

Absoluto tractatu de clericis ac ministris
Ecclesiæ, optimum iudicauimus & de monachis
eorūmque officio & instituto aliquid attingere,
quandoquidem eius rei cognitio valde vtilis &
necessaria est in re beneficiaria. Dicebātur autē
olim monachi verbo Græco homines à cætero-
rum consortio segregati, & quietam tacitāmque
vitam durissimè & laboriosissimè in montibus,
saltibus, ac speluncis degentes, idque certis legi-
bus ac institutis, de quibus mox videbimus. Idē
b. Nouel. 5. solebant authore Iustiniano ^b. Hinc Hierony-
mus ad Paulinum: Si cupis, inquit, esse quod
diceris, monachus, id est, solus, quid facis in vr-
bibus,

bibus, quæ vtique non sunt solorum habitacu- „
la, sed multorum ? Et Pelagius Pontifex Roma- „, c.c. si cupis.
nus de eorum officio differens, hæc tria ipsis at- 16.q.1.
tribuit, quietem, orationem, & laborem ma-
nuum . Labore enim suo monachi olim vi- d.c. de presen-
tum sibi aliisque egenis parabant, ut Chryso- tium. 16.q.1.
stomus, Augustinus, aliisque veteres tradidit, adeo
vt celebretur in ecclesiastica historia cuiusdam
monachi apopthegma, Monachus qui nō ope- „, e. tripar. hi-
ratur, latroni par iudicandus est . Quapropter „, sto. lib. §.
Iustinianus f, Duabus, inquit, potissimum in re- „, cap. i.
bus operam & diligentiam reponete oportet Mo- „, f. Nouel.
nachos, vt aut sacris vacent scripturis, aut quas „, 133.
manuarias vocare solent, artes monachos decé- „,
tes meditentur exerceantque : siquidem mens „,
inerti otio dedita haudquaquam sanè quicquam „,
bonorum pepererit. Ac illud quidem ex Hie- „,
ronymi aliorūmque scriptis liquet, literis præ- „, g.c sic viue.c.
sertim sacris operam eos dare solitos fuisse, vt „, si clericatus.
nō morum probitate vitæque sanctimonia tan- „, 16.q.1.
tu n excellerent cæteris, sed etiam doctrina g. „, b. Nonel. 133.
Itaque mirum videti nō debet quod vitam mo-
nasticam Iustinianus vt rem sacram ac diuinam
tantopote commendet : cum ij non tantum si-
bi, sed etiam vniuerso generi humano, precibus
suis apud Deum, exemplo, doctrina, labore &
industria multum professent. Non enim natu-
ra abhorrebat ab hominum congressu, quod
Aristoteles non immerito damnat, tales impro-
bos esse dicens, aut homine præstantiores. Nec

ita ocio dediti erant, more pseudomonachorum nostri temporis, ut nihil in commune conferrent, & se homines esse, id est, ad societatem hominum iuuandā natos non recordarentur. Non ignoro quosdam in eo grege repertos fuisse, quorum supersticio nemini sanō probari queat.

m.lib.4.c.28. Nam Theodoritus scribit monachum quendam sexaginta annos neque locutū cum vlo, neque à quoquam conspectum fuisse. Sed rara admodum fuisse hæc prodigia compertum est. Proinde ex monasteriis velut ex quodam seminario legi, & assumi consueuerant ad munera ecclesiastica, qui probatissimæ inter ipsos vitæ & eruditio[n]is habebantur: Ut Augustinus cùm alibi saepe, tum maximè ad Aurelianum scribens te-

n.c.nos autē. statur". In qua quidem promotione & graduum

c.legi.16.q.1. ratio habebatur, de quibus antē disseruimus":

o.c.monachos

16.q.1. & eorum antistitis seu archimandritæ cōfensus

p.c.monachi. erat necessarius p. Et quoties ad ministeria Ec-

c. cū pro vtili-

tate.16.q.1. clesiae eos vocari contingebat, monasticum in-

stitutum officiumque deserere cogebantur, ut

maiore præstantiorique fungerentur munere:

quia simul vtrumque obire & exequi non pote-

rant. Sicut & clerici cùm vitâ monasticam am-

q.c.nemo.c. plectebantur, militiam suam, ut ait Gregorius,

presbyteros.c. munusque clerici amittebant? Officium enim

ne pro cuius-

libet.16.q.1. clerici est docere & pascere populum, mona-

r.c.monachus

ca.alia.c.hinc

est.16.q.1. chus verò, ut ait Hieronymus, non doctoris, sed plangentis habet officium". Quam ob causam nulli in monasteriis reperiebantur sacerdotes,

aut

aut clerci ^s: sed tanquam cæteri ex populo qui ^{s. not. c. nō est.}
laici Græcè dicuntur, ad communem omnium ^{de regula.}
ædem sacram, percipiendorum sacramentorum
causa se conferebant ^t. Quod & Iustinianus sa- ^{t. Panor. in c.}
tis apertè ostendit ^v. Sed & sacerdotem accep- ^{dilectus. de ca-}
tebant interdum qui ipsis liturgiae, quam missam ^{pel. mona.}
vocamus, solennia celebraret, ut à monachis ^{v. Nouel. 133.}
Scythi factum aliquando fuisse refert Hiero-
nymus ^x. Ac idcirco suberant tam monachi, ^{x. c. hinc etiā.}
quæm eorum antistites, Ecclesiæ presbyteris & ^{16. q. 1.}
clericis ^y, ipsisque longè inferiores habeban- ^{y. not. in dict.}
tur ^z. Verum ut hac molestia liberarerur mona- ^{c. cū dilectus.}
chi, postea cœperunt ex his aliqui in suis mona- ^{a. c. à subdia-}
stériis presbyteri ordinari, sed ita ut in cœtu tā- ^{cono. 93. disti.}
tum suo sacramenta administrarent, & veltuti ^{c. generaliter,}
quandam ecclesiam inter se constituerent, nec ^{16. q. 1.}
ad alias ecclesias amplius accedere, aut alienos
presbyteros aduocare cogerentur ^b. Atque ita ^{b. c. i. c. perne-}
ratio excoxitata est qua idem & presbyteri, id ^{n. t. c. interdi.}
est, pastoris atque doctoris, & monachi officio ^{cimus. 16. q. 1.}
fungeretur sine ullo, ut videbatur, incommodo.
Cuius instituti mentio est in historia tripartita.
• Quare cùm quidam episcopus prohiberet in ^{c. lib. 8.}

terto monasterio liturgiam celebrari, acriter eo
nomine increpauit eum Gregorius ^d. Idémque ^{d. c. Agapi-}
Bonifacius fecisse legitur ^e. Hac via patefacta ^{tus. 16. q. 1.}
omnes monachi, passim sine ullius Eccle- ^{e. c. sunt non-}
sia gubernatione sacerdotes creari cœperunt, ^{nulli. 16. q. 1.}
quanuis ea turba monasterio fortassis non adeò
necessaria esset, credo ut ea re maiorem sibi

DE SAC. ECCL. MINIST.

dignitatem cōciliarent. Nam vt supra diximus, monachorum ordo gradu clericorum erat inferior. Præterea variis constitutionibus postea sancitum est, non ideo monachum ab instituto, vitâque monastica recedere posse, quod in aliena Ecclesia clericus ordinatus sit, non quod simul cum ecclesiastica procuratione monastica obire munia usquequa compellatur, quod utique fieri nequit, sed vt habitum monasticum retineat, cæteraque huiusmodi obseruet, quorum executionem Ecclesiæ ministerium nō impedit.

f.c. de mona-
chis. c. hinc
est. 16. q. 1.

f. Quanvis autem suprà dictum sit, monachos in cœtu suo tantum sacramenta administrare, nec populum eos regere posse: tamen si intra monasterium Ecclesia aliqua sit, in eoque populus regi soleat, constitutum est absque eorum consilio presbyterum illi Ecclesiæ ab episcopo præficiendum non esse. Nam verisimile est ibi Ecclesiam initio institutam esse, vt populus fidelis à viris sanctis & eruditis, quales fere tum monachi erant, priuatim doceri & admoneri commodius posset, tametsi palam docendi & concionandi ad populum facultatem non haberent, vt antè docuimus. Potest & alia huius constitutionis ratio adduci, sed ea ex his quæ mox dicentur satis clucescet. Fuerunt postea & aliquæ extra monasteria Ecclesiæ, hodiisque sunt ita subiectæ & obnoxiae monasteriis, vt ab ipsis aut certè ipsorum arbitrio & voluntate presbyteri in eis ordinentur atque instituantur. Idque accidit, vel quia in mona-

g. cap. 1. de ca-
vel. mona.

monasterij prædiis cōstructæ sunt fortassis ædes
sacræ, in quas populus sacramentorum causa
conuenit: vel quia à dominis prædiorum mo-
nasterio id ius posteà concessum est, & aliis qui-
busdam modis, de quibus suo loco differemus.

^h Et harum quidem ecclesiarum duo sunt ge- b.c. illud.c. cū
nera: Quædam enim à monachis tantùm re- pastoralis . c.
guntur, aliae à quibusunque aliis sacerdotibus: cum seculū. de
quia sic ab initio institutum est, vel consuetudi- iure patr.not.
ne longa introductum ⁱ. Ex his perspicuum est ⁱ c. de mona-
quantum iuris & autoritatis monachorum na- chis. de prab.
tio in populum & Ecclesiæ paulatim sibi vindi- c. pastoralis.
carit & acquisierit. de donatio.
i. c. posses-
sionis. de reb.ec-
cl. nō alie.c. cū
de benefic. de
præben.in. 6.
c. quia regu-
lares. de sup.
neg.prælat.

De monachorum sectis. Cap. 21.

Monachorum variæ sectæ & professio-
nes sunt, sed eos tantùm persecuti in animo est,
qui ad institutum nostrum conferunt, & ad
rem beneficiariam maximè pertinent, cuiusmo-
di sunt Benedictini omniū, ut fertur, antiquis-
simi, & qui Canonici regulares vulgo appellan-
tur. Cùm primùm igitur exoriri cœperunt mo-
nachi, idque in Ægypto, congruentem nomini
suo vitam, id est, solitariam agebant. Et quan-
quam statis horis ferè in vnum locum eos con-
uenire moris esset, tamen simul non commora-
bantur, sed domunculas sparsim per montes &
saltus extructas habebant, vnde non solum mo-
nachi, sed etiam Eremitæ & Anachoretæ meritò

DE SAC. ECCL. MINIST.

dicebantur. Sed postea visum est conducibilis
ac decentius in eisdem ædibus eos habitare &
viuere, omnia habentes inter se communia, &
paupertatis, castitatis, obedientiæque votis ob-
stictos, quam Timonianus quodam more in spe
luncis delitescere. Quod & Iustinianus consti-
tuit & concilio Agathen. & Aurelian. confirmatū est. Cœnobia tunc ea loca à communia-
n. cap. 18. ne vitæ verius quam monasteria à solitudine ap-
p. ca. mona-
chū. 20. q. 4. p. dict. noucl.
133. pellata sunt. Sed monachi appellationem nihil
lo feciū hi retinuerunt, quod ea conuersatio nō
multū adhuc abesset à solitudine. Et Benedicti-
ni sunt appellati, quod vir sanctimonia clarus Be-
nedictus honestorum inter eos quorundam in-
stitutorum auctor fuisset. Deinde cum in urbi-
bus & celebribus locis manentes viri ecclesiasti-
ci horum monachorum vitam & institutum se-
qui in animum inducerent excepta solitudine,
quia cœversati cum populo & multitudine pro-
pter ecclesiasticum ministerium cogebantur, ca-
nonicorum regularium nomē aptius eisdem &
accommodatius visum est, quam monachorum.
r. c. si quis. 58. Quod institutum æmulati sunt & alij ministe-
distin. c. quo-
rundam. 84. distin. not. in patrumque memoria in plerisque cathedralibus
dict. c. causam ecclesijs sacerdotes & clerici qui nunc canonici
quæ. & c. Simpliciter & sine adiunctione dicuntur, simul
quid Dei ti- cum episcopo suo huic monastice vitæ generi e-
more. de sta. rant addicti. Et aliquas huiusmodi ecclesias ad-
monacho. huc superesse existim. Itaque dicebantur non
simpliciter

lx. c. si clerica-
tus. 16. q. 1.
l. Noucl. 133.
m. cap. 38.
n. cap. 18.

g. not l. c. cau-
sam que, de
iudic.

r. c. si quis. 58.
distin. c. quo-
rundam. 84.
dict. c. causam
quæ. & c.

simpliciter ut nunc canonici, sed regulares ab illo peculiari instituto, ac regula quam amplectebantur, & hoc modo discrimen inter eos designabatur, & aliarum ecclesiarū canonicos, qui huiusmodi se votis non alligauerant, idque supra à nobis ostensum est. Hęc secta cuius author Augustinus perhibetur cum Hipponensis episcopus esset, latè Christianum orbem peruagata est, adcō ut eorum cœnobia hodie, in quibus locis monachorum nomen deletum nō est, nusquam non reperiantur. Sed effectu à cæteris monachis differre non videtur: quanuis plerique f.c. 2. de pō assent in odiosis monachos eos habēdos non s̄tul. t. not. in dict. cap. quod Dei timorem. de sta. mona.

De monachorum gradibus & officiis.

Cap. 22.

Inter monachos atque eos qui regulares dicuntur non minus quam inter clericos, gradus officiorum & administrationum hodie reperiuntur, quorum insigniores & præcipuos cæteris omissis breuiter hic persingemus. Nam sicut clericis cuiusque Ecclesiae præst episcopus, ita singulis monasteriis præsidet unus qui à Iustiniano & plerisque veterum archimandrita, & cœnobiarcha, à cæteris vulgo Abbas appellatur. Hic intra monasterij sui septa præfectum quandam, siue ut loquuntur, Priorem claustralem constituit: cuius vicaria vtatur opera vigilatiæque in his, quæ ad sodalitatis gubernationem

F iiii

DE SAC. ECCL. MINIST.

spectant. Et quia plerūque extra monasteriū minores aliqui cōuentus , & sodalitia monachorū sunt eidem archimandritæ subdita: alij quidam præfecti cò cum libera potestate & authōritate dimittuntur , quos Priores conuentuales appellant. In quibus autem locis conuentus ille def̄deratur, quem verisimile est olim nusquam defuisse , hi præfecti alia atque alia nomina sortiuntur, de quibus h̄c non est magnopere laborandum. Omnibus autem non solum præfectis, sed etiam archimandritis præsidet vñus , qui à *v. Nouel. 133.* Iustiniano Exarchus vocatur *. Achaud scio an is sit quem ἀρχιμανδρίτης vocat Hieronymus ad Pammach. Sed certæ tantum sectæ monachorum hos summos antistites nouerunt *. Et no-
x. not. in c. ne religiosi. de re gul. rendum est quanuis in plerisque cœnobiosis & monasteriis hodie votis illis solennibus & religiosis alligari non soleant, de quibus paulò ante diximus, sed more clericorum viuant qui seculares dicuntur, pristinam tamēn appellationem adhuc retinent. Quod ideo adieci , ne quem fortè admiratio teneat , cùm in abbatiarum aut prioratum secularium mentionem inciderit.

De mendicantium sodalitate. Cap. 23.

Sodales mēdicantes ideo à monachis separauimus, quoniā ab eis differre vidētur. Monachorū enim propria est solitudo, & secessus quidā à cæterorū hominum consortio: à quo hi multum abhor-

abhorrent, cùm palam docere euāgeliū, & ad
populum concionari soleant. Itaque fratres so-
dalēque dictitantur magis quām monachi ^{y. Panor. in e.}
Eisdem tamen votis & aliquanto grauioribus ^{causam que.}
obstringuntur quām monachi, cùm nec singu-
li, nec vniuersi quicquam propriū habere queāt:
& votiuam mendicitatem, nedum paupertatem,
quā illius germana est, vt apud Aristophanem
Chremylus ait, si minus re, at certe verbis profi-
teantur ^{a.}. Discrimenē aut *πενιας καὶ πτωχίας*, id ^{a. c. exiit. de}
est, paupertatis & mendicitatis docet Aristo-
phanes: cuius hi sunt versus in Pluto. ^{verb. signif. in 6.}

*πτωχή μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, οὐκέτι μηδὲν ἔχοντας,
τεῦ δὲ πένιας οὐκέτι φειδίαθρον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντας.
περγύνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδὲ ἐπιλέπειν.*

Porrò hi mendicorum cōetus suos habent præ-
fectos, custodes siue obseruatorēs, & admini-
stros, tā vniuersales quām prouinciales, per quos
velut quadam Respublica inter eos regitur, &
administratur exemplo monachorum de qui-
bus iam diximus.

De Monialibus. Cap. 24.

Non solum viri, sed mulieres etiam apostolo-
rum, Christi tempore ministerio Ecclesiæ addi-
cebantur, vt constat ex epistola Pauli ad Timo-
theum. Et harum mulierum quæ diaconissæ di-
cebantur, crebra in iure tum pontificio, tum ci-

DE SAC. ECCL. MINIST.

uili est mério. Eumque morem quasdam Ecclesiás retinere etiam nunc accepimus. Verum procedente tempore instituta sunt collegia, sive monasteria virginum Deo cōsacratarum, & solennibus votis obstrictarum, vt de monachis antè dictum est. Quod genus monialium vetus ut existimo non nouit Ecclesia, ac ne canonicarum quidem, quarum meminit Iustinianus^b. Hæ in singulis parthenonibus suis, suas habent antistitas exemplo monachorum, quibus nihilominus parent quām monachi archimandritis suis. De his autem aliquot extant constitutiones Iustiniani, quibus vetat ne duplicita monasteria, id est, virorum simul & mulierum usquam sint, & ut eunuchi in singulis monasteriis constituantur, qui ipsarum negotia gerant^c. Sed quicquid ad harum monialium institutum & vita regulam pertinet Bonifaciana constitutione, & Clementina plenius continetur^d.

*d. c. periculo-
so. de sta. reg.
in 6. cle. atte-
dentes. de sta.
monia.*

De sacerdotiis veterum Romanorum ante Christianismum. Cap. 25.

In iuris pontificij libris mentio reperitur Pontificum, Flaminum, Augurum, aliorūque huiusmodi sacerdotum, qui apud priscos Rom. 20. dist. c. in illis. nos ante Christianismum in vsu fuere^e. Nec ve- 80. distin. & teris illius sacerdotij cum nostro inutilis videtur 26. q. 3. q. 5. esse collatio, cùm præsertim Latinè scribenda ple-

pleraque vocabula inde mutuemur. Itaque de eo pauca quædā ex multis hic dicturus sum, quæ ad nostrum institutum magis spectare existimauit. Fuerunt autem hæc ferè sacerdotum genera: Pontifices, Augures, Flamines, Curiones, Feciales, Vestales, Salij, Duces celerum, &c. Pótifices omnibus sacris ac ceremoniis præterant, & sacerdotum omnium erant maximi ac supremi, id quod ostendit Cicero in Orat. pro domo sua, & lib. II. de Legib. Huic Pontificum collegio qui præterat, Pontifex Maximus dicebatur, cuius officium & autoritatem describit Liuius f. de f. lib. I.
 Numa Pompilio loquens his verbis: Omnia pu-
 blica priuatāque sacra Pontificis scitis subiecit, vt esset quò consultum plebs veniret, ne quid diuini iuris (negligendo patios ritus, peregrinósque asciscédo,) turbaretur. Nec cælestes mo-
 do ceremonias, sed iusta quoque funebria pla-
 candosque manes, vt idem Pontifex edoceret, &c. De eorum etiam munere, autoritate, di-
 gnitatēque plura scribit Halicarnasseus & nos g. lib. 2.
 ex Pandectis iuris ciuilis quosdam locos obser-
 uauimus, vt cùm dicitur, Pontificem, dum sacra b. l. 2. de ius
 facit, in ius vocari nō posse^b. Pontificali autho- ius vocan.
 ritate compelli hæredes ad monumentum & di- i. l. hæreditas
 ficandumⁱ. Pontificem de religiosis locis con- de peti. hære-
 fulendum esse^k. Pontificem à quibusdam mu- dit.
 neribus non excusari^l. Sed longè eorum maxi- mortuo infer.
 ma authoritas in legum actionibus conspicitur, l. l. vlt. de mu- ne. & hono.
 quas scribit Pomponius apud collegiū pontificū

DE SAC. ECCL. MINIST.

m. L. 2. deo. „ fuisse ”. Nam ut Valerius ait, Ius ciuile per mul-
ring. iur. „ ta secula inter sacra ceremoniasque deorum im-
„ mortalium abditum, solisque pontificibus no-
„ tum fuit. Quanta autem huius pontificatus di-
gnatio fuerit, vel hinc aestimare licet, quod Imperatores Romani, ut augustiores essent, ferè co-
sacerdotio fungebatur. Sed cur hi summi sacer-
dotes ita appellati sint inter veteres tum Grecos,
tum Latinos authores non conuenit. Scuola,

n. lib. 10. de vt refert Varro ”, dicebat pontifices dici à posse
ling. Latina. & facere. Nam verbum facere apud Plautum,
Ciceronem, Virgilium, & alios scriptores pro-
batos, pro sacrificare accipitur, sicut *ἀπάρτιτοῦ*
εὐν apud antiquos, ut docet Athenaeus ”. Sed

s. lib. 14. idem Varro à ponte eos dici mauult, quod ab
eis Sublicius pons factus primum, ac sèpè re-
stitutus sit. Plutarchus in Numa aliam etymolo-
giā adferit. Verum hanc inuestigationem, quæ
non est magni usus, libēter missam facimus. Au-
gures qui à Græcis διωνυσόλοι dicuntur, auspicis
p. Cic. lib. 1. prærerant, ut sacrī pontifices *P.* Erant enim artis
de natura diuinandi periti, & signa à diis missa interpreta-
deorum. bantur, ut Halicarnasseus ait, quāuis ab una spe-
cie, id est, ab auium garritu nōmen acceperint.
Tantum autem venerationis, & authoritatis eo-
rum collegio accessit, ut nihil publicè sine auspi-

q. Cic. lib. 1. ciis, nec domi, nec militiæ gereretur *q.* Ut non
de Divina. immerito scribat Cicero *q.* authoritatem rerum
r. in Orat. de bene gerendarum augurio contineri. Itaque no-
Arusp. bilissimis quibusque & lectissimis ciuitatis Ro-
manæ

manæ viris hoc sacerdotiū deferebatur: eratque
 perpetuum, adeò ut nemo quamlibet flagitiosus
 eō se se abdicare cogeretur. Quanta verò ho- *f. Plutarchus*
 rum Augurum authoritas fuerit in Republica, *in problem.*
 docet Cicero: Cuius hæc verba sunt, Maximū *t. lib. 2. de*
 & præstantissimum in Republica ius est Augu- *Leg.*
 rum, & cum autoritate coniunctum. Neque *"*
 verò hoc, quia sum ipse augur, ita sentio: sed quia *"*
 sic existimare nos est necesse. Quid enim maius *"*
 est, si de iure quærimus, quām posse à summis *"*
 imperiis, & summis potestatibus, comitatus & *"*
 consilia, vel instituta dimittere, vel habita rescin- *"*
 dere? Quid grauius, quām rem suscepitam diri- *"*
 mi, si vñus Augur alium dixerit? Quid magnifi- *"*
 centius, quām posse decernere ut magistratu se *"*
 abdicent consules? Quid religiosus, quām cum *"*
 populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non *"*
 dare? quid leges non iure rogatas tollere: nihil *"*
 domi, nihil militiae per magistratus gestum sine *"*
 eorum autoritate posse cuiquam probari? Ac *v. in Marcel.*
 huius authoritatis memorabile exemplum re- *"*
 fert Plutarchus, in hanc sententiam: Cùm Au- *"*
 gures comitiis consularibus vitio creatos consu- *"*
 les renunciassent, confessim senatus literis ab *"*
 exercitu eos reuocauit, quatenus deposito con- *"*
 sularu hostibus ut consules bellum non inferréret. *"*
 Flamini^o acceptas literas nō antè aperuit, quām *"*
 collata pugna versisque in fugam Barbaris, in a- *"*
 grum corum excursionē fecisset. Redeunti igi- *"*
 tur & multa referenti spolia, non processit ob- *"*

DE SAC. ECCL. MINIST.

utiam populus, quia reuocatus nō continuò mā
 datis paruerat: sed tā is, quām ipsius collega con-
 sularu se abdicare coacti sunt.. Flamines, quos
 Dionysius Græcē σεΦανοφόρος vocat, diis singulis
 erant attributi *, à quibus cognomina habebāt,
 authore Varrone ⁊: vt flamen Dialis, Martialis,
 Quirinalis, Catmentalis, Pomonalis, &c. &
 quia inter Deos qui colebantur, aliquod discri-
 men erat, non omnium flaminum par erat di-
 gnitas, vt Festus ait. Proinde is qui sacra Ioui fa-
 ciebat, id est, Dialis, maximæ dignationis habe-
 batur, de quo multa annotauit Gellius. Maio-
 rum minorumque flaminum meminit Festus, &
 archiflaminum Gratianus in rhapsodia sua. Sed
 & flaminicarum, id est, mulierum, quæ hoc sa-
 cerdotio sicut viri fungebantur, mentionem a-
 pud veteres quoque comperimus. Verū om-
 nia sigillatim h̄c persequi ab instituto nostro c̄t
 alienum, qui h̄c veluti πάρεγγα quædam breui-
 ter perstringere voluimus. Curiones singulis e-
 rant ascripti curiis, quæ numero XXX. erant Ro-
 mæ, vt Dionysius scribit, & pro curialibus sacra
 faciebant. Horum verò nec genus sacrificandi,
 nec insignia describuntur ab eodem, quibus re-
 bus maximè à Flaminibus differebant. Illud ex
 Festo didicimus, quod minimè prætereundum
 h̄c est, Curionem maximum à veteribus eum
 dici, cuius auctoritate curiæ, & curiones om-
 nes regebantur. Huiusque meminit præter Li-
 uer. gent. „ uiuim & alios veteres Arnobius “; Sedet inquit,
 in

2. Cic. lib. 2.
 de Legib.
 3. lib. 4. de
 ling. latina.

a. lib. 4. ad-
 uer. gent.

in spectaculis publicis sacerdotū omnium , ma-
gistratuū inque collegia, Pontifices maximi , & ,
maximi Curiones, sedēt quindecim viri laurca-
ti, & Diales cum apicibus Flamines , sedent au-
gures interpres diuinæ mentis & voluntatis ,
necon & castæ virgines perpetui nutrices &
conseruatrices ignis. Quem locum ideò hīc re-
ferre volui, quia sacerdotiorum Romanorum
breuem descriptionem continet. Facialiū, quos
~~equites~~ appellat **Dionysius**, collegiū belli cau-
sa institutum fuit. Cūm enim religiosus vir , ac
quietis publicæ studiosus Numa animaduer-
ter bellū, quod absque iusta causa infertur , nihil
aliud, quām latrocinium esse, totam eam rem ex
arbitrio sacerdotum ac religiosorum hominum
pendere voluit. Non enim licebat Romæ bel-
lum mouere, nisi cognita causa faciales id iustū
esse pronuntiascent. Itaque fœlicitatem & suc-
cessum Romanorum in bello , huic instituto &
religioni quidam ascribere non dubitauerunt.
Quānam autem fuerit horum facialium au-
thoritas , & qui ritus præter eundē Dionysium
Plutarchus docet in Numa. Vestales erant vir-
gines, quæ Vestæ dæ sacra faciebant, & sacrum
ac sempiternum custodiebant ignem. De quarū
institutione, ritu, cooptatione, castitate videnda
sunt quæ Dionysius, Plutarchus, Gellius, & qui-
dam alij memoriae prodiderunt. Hæc enim,
quæ vulgaria sunt & protrita accuratius hīc des-
cribere instituti nostri ratiō non sinit. Præter

DE SAC. ECCL. MINIST.

hos sacerdotes commemorantur & Salij, qui Marti sacra facientes choræis & saltationibus dabant operam, ὑμηται τῷ ἐνοπλιών θεῶν, vt Dionysius ait. Erant & duces Celerum, qui tametsi milites essent & regum custodes: tamen stata quædam solenniaque sacrificia celebrabat. nec ullos alios commemorat Dionysius, diligentissime omnia persecutus sacerdotia, quæ à Numa instituta fuerunt. Ait enim leges sacerorum Numam ita libro uno complexum fuisse, vt tota ea descriptione in octo partes distributa, de singulis sacerdotiis, quorum erant totidem genera, separatim differeret. Reperitur tamen aliorum apud authores sacerdotum mentio, cuiusmodi sunt Fratres aruales, Rex sacrificulus, duumiri & decemviri factorum Galli, Epulones, & qui Titij sodales dicuntur. Quorum sacerdotiorum explicatio, & cognitio ex Tito Liuio & aliis veteribus petenda est. Extat & Pomp. Læti non utilis ea de re libellus. Quod verò titulo Fenestula circumfertur eiusdem argumenti opusculum, recentissimi scriptoris esse nemo dubitat, qui alicuius sit in re literaria iudicij. Vnum supradictis adiiciendū est, quod à cæteris prætermisso esse miror, priscos Romanos non modò sacerdotes habuisse, qui Diis sacra facerent: sed etiam ministros quoddam factorum ac sacerdotum iis non absimiles, quos in facris nostris Diaconos appellamus. Eosque Camillos tum dictos fuisse testes sunt Dionysius^b, Plutarchus^c, Festus & Scruius,

b. lib. 2.

c. in Numa.

Seruius , cum plerisque aliis . Et hactenus de
sacerdotiis vrbis Romæ , quibus similia quæ-
dam in prouinciis atque municipiis fuisse du-
bium non est , quorum in iure ciuili crebra est

mentio ^{d.} Nam Phœniciarchia , & Syriarchia ^{d. l. r. ad. l.}
in constitutione quadam Imp. Constantini , ^{Iul. de am. l.}
nomina sunt prouincialium sacerdotiorum ^{in honorib. de}
^{vac.mun.}

& Martianus ^{e.} vetat Flaminii munici-
pali & sacerdoti prouinciarum uxo-

rem ducat ancillam , sceni-
cam , tabernariam .

&cæt.

^{e. l. r. C. de}
^{nat.lib.}
^{f. tit. de mat.}
^{Senat.}

G



LIBER SECUNDVS DE ORIGINE, DIFFINITIO- NE, AC DIVISIONE BEN- ficiorum.

ARGUMENTVM.

Superiore libro de ministeriis officiisque ecclesiasticis, propter quæ beneficia conferuntur, satis copiose disputatum fuit. Iam de beneficiis ipsis tractandum est, & ab origine eorundem, diffinitionibusque ac divisionibus incipiendum.

*Defacultatibus Ecclesiae, earumque origine
& processu. Cap. I.*

VT BONORVM, que Ecclesia possidet, origo, finis & usus rectius intelligatur, à Christi usque ad legatorū eius siue apostolorum temporibus repetenda est nostra oratio. Ac imprimis constat ex sacra historia

Christum facultates aliquas, quanuis pertenues habuisse: nec ita vixisse eum, ut nihil proprium obtinens mendicare cogeretur, quod nonnulli asserere

asserere non dubitarunt aliquando, sed meritò
eorum opinio damnata est^a. Mendicitas nam- a.c. 4.5. de ver-
que in valētibus & otiosis res est minimè tolerá- bo. sig. in ex-
da, & furti speciem habet^b. Oblatam enim sibi tra. Ioan. 22.
pecuniam, aut quocūque modo quæsitam Chri- b. C. de mēd.
stus diligenter custodire solitus fuit, ex qua victū th. de quæstio-
vestitumque tam sibi quam sectatoribus & co- val. & in au-
mitibus suis cōpararet^c. Hinc Augustinus, Ha- c. Ioan. 13.
bebat dominus loculos à fidelib. oblata conser- „
uans & suorum necessitatibus, & aliis indigen- „
tibus tribuebat. Tunc primùm ecclesiastica pe- „
cuniæ formæ est instituta, & ut intelligeremus
quod præcipit nō esse cogitandū de crastinō, nō
ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ serue-
tur à sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur, &
propter in opia timorē iustitia deseratur^d. Mor- d. c. habebat,
tuo atque sublato in celum Christo, apostoli dis- 12.q.1.

cipulique & cultores eiusdem non mediocrem
pecuniæ vim possedisse leguntur, adeò ut quan-
tus ingens esset eorum numerus, tamen nemo
inter eos egens reperiretur. Nam ut scribit Lu-
cas de fidelibus Christianis, qui tunc Hierosoly-
mis erāt: Multitudinis crēdentiū erat cor vnum „
& anima vna, nec quisquam eorum que posside- „
bat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis o- „
mnia communia. Et quotquot erant possesso- „
res agrotum aut domorum, vendentes afferebāt „
pretia, & ponebāt ante pedes apostolorum, diui- „
debatürque singulis, prout cuique opus erat. Ea- „
dem referuntur à Clemente, qui illis temporibus

D E S A C . E C C L . M I N I S T .

e. c. dilectis.
12. q. I.

f. c futuram.
12. q. I.

fuisse creditur in epistola, qua fratres & condicípulos suos ad bonorum communicationem hortatur & incitat^e. Quòd autem ex prædiorū vēditione pecuniam confiscere maluerint, quām ea retinere, & ex eorum fructibus se ipsos alere, Melchiades id factum ideò scribit, quia cùm futuram Ecclesiam in gentibus viderent, prædia possessionēsque adipisci in Iudæa vtile non pūtauerunt f. Sed notandum est eos ad communicationem bonorum neminem inuitum compulisse, quòd satis intelligerent eam à Christo nō fuisse præceptā, & proprietatem distinctionēmque dominiorum, quæ consensu hominum naturalem rationem sequentium recepta est, iuri diuino, Christianæque religioni repugnantem non esse: ea siquidem est hominum corruptio & improbitas, vt societas humana commodè retineri & cōseruari nequeat, si quis Platonicam communionem inter homines indiscriminatim constituere velit. Si qui tamen mutuo illo affetu & charitate, quam nobis vnicè commēdauit præcepītque Christus, constantissimè ita ducantur, vt vltrō nō modō facultates, sed operā quoque suam, laborem, industriam bona fide & ci- tra fraudem vllam in commune conferant, non dubito quin vita eorum in hac æquabilitate & communicatione rerum omnium, & iucundissima, & fœlicissima futura sit. Scitè enim à veteribus illud dictum est, si quis id ciuiliter interpretari magis quām calumniari velit: Quietissi- me

me victores homines si hæc duo verba Meum
& Tuum de medio tollerentur. Quod & sensit
haud dubiè Clemës in epistola, cuius paulò an-
tè meminimus. Ideò autem proprietas & di-
stinctio dominiorum probatur iure gentium,
cui religio nostra minimè refragatur, quia ob-
tineri ab hominibus non posse creditur in tan-
tis eorum vitiis, ut sine fraude & discordia in ca-
communione perseverent. Proinde cùm Ana-
nias agri venditi pretium retinuisse, parte tantū
ad Apostolos delata, Petrus eo nomine illum
non dñauit, sed quod dolo, simulatione ac mé-
dacio vsus esset. Anania, inquit, cur impleuit Sa-
thanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto, ”
& fraudares de pretio agri? Nonne prorsus tibi ”
manebat, & vñundatus erat in tua potestate? ” b. Ad c. s.
Hæc omnia satis demonstrant, qualis fuerit sta-
tus atque vsus bonorum Ecclesiæ tempore apo-
stolorum. Post eorum verò tempora cùm vide-
rent sacerdotes & læuitæ, & reliqui fideles per-
vniuersum orbē dispersi, vtilius fore si hæreditati-
tes & agros, quos vendebat, ecclesiis quibus pre-
sidebant episcopi, traderent, eò quòd ex sumptu-
bus eorum tam præsentibus quàm futuri tem-
poribus plura & elegantiora ministrare possent
fidelibus communem vitam ducentibus, quàm
ex pretio ipsorum, cœperunt prædia & agros
quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tra-
dere, & ex sumptibus eorum viuere. Hæc toti- i. c. videntes.
dem ferè verbis ex Urbano transcripsimus. à 12. q. 1.

DE SAC. ECCL. MINIST.

quo id quoque decretum fuisse scribunt Platina
& quidam alij cum secuti, ut sacerdotibus lic-
ret prædia ac fundos à cultoribus religionis ob-
latos recipere. Sed falluntur illi meo quidem iu-
dicio, cùm inter Urbanī decreta, quæ extant, ex-
cepto eo quod recitauim⁹, nihil reperiatur quod
ad hanc rem pertineat. Ex eo igitur tempore
certatim vnuſquisque pius & fidelis prædia pos-
ſionēſque dabat Ecclesiæ: ex quorum fructi-
bus non ministri tantum, sed quicunque etiam
alij egentes alerentur. Et hinc perspicuum est,
quod & supra admonuitus, veteres Christia-
næ religionis cultores non ita paupertatem af-
fectasse, vt opes nullas sibi parare atque aſſerua-
re vellent, quanuis imperator Julianus inde an-
ſam arripuerit ecclesiæ fortunis suis spoliandi.
Ecclesiarum enim bona auferens dicebat maxi-
mo ſe beneficio Christianos afficere, nimirum
vt pauperes facti citius regnum cælorum intra-
rent. Qua arte in philosophos quoque nostri
iuris authores vſos fuisse aliquando animad-
uerti⁹. Ac p̄t cæteris Constantini celebratur
liberalitas in ecclesiā⁹. Et extat eiusdem con-
ſtitutio in codice Iustiniani, qua permittit v-
tinus.96. diſt. nicuique bona sua Ecclesiæ relinquere. Licinia
c. futuram. 12 quoque diues & potens matrona, bona sua Ec-
clesiæ Romanæ testamento reliquit, Marcello
q.1. Tripart. lib.1.c.9. ſedente, vt scriptores ecclesiastici literis prodi-
derunt. Sed nulli plus contulerunt Ecclesiæ Ro-
manæ, nec magis potentiam eius auxerūt, quām
Pipinus,

*I. L. in hono-
rib. de vac.
mun.*

*m.c. Conſtan-
tinus.96. diſt.
c. futuram. 12
q.1. Tripart.
lib.1.c.9.*

Pipinus, Carolus, & Ludouicus Francorū reges.

Quid ingentia hīc cōmemorem beneficia in cē-
teras totius orbis ecclesias vndiq; à piis homini-
bus collata, cūm iustū volumen descriptio eius

rei defuderet? Quale illud est quod de Hilario
Arelatensi episcopo Prosper memoria manda-
uit, nēpe cum acceptis fideliū numerosis hēredi-

tatibus ecclesiam mirum in modū locupletasse", ^{n. e. expedit.}
ex quo de cēteris coniectura fieri potest. Ac p̄c-
ter eos redditus, pr̄terque decimam partem, non

modō fructuum, sed etiam negociationis, quæ-
stus & lucri, de qua mox differemus, & alias

quasdam largitiones, quotidie in sacro ipso cō-
uentu siebant oblationes ad altare". Vt mitum ^{o. Theodor.}

non sit, quod nunc omnibus testatum & mani-
festum est, apes Ecclesiæ in immensum excre- ^{omnis. de con-}
uisse. De oblationibus Ecclesiæ Romanae lo- ^{sec. distin. 1.}

quitur Marcellinus^p: cuius verba quia huius ^{p. lib. 27.}

tractatus nostri loca etiam alia quædam illu-
strant, hīc subiicere volui: Damasus, inquit, "

& Ursicinus supra modum humanum ad ra- "

piendam episcopalem sedem ardentes, scissis "

studiis asperime conflictabātur, adusque mor- "

tis vulnerūmque discrimina adiumentis vtriūl- "

que progressis, que nec corrigere sufficiens Vi- "

uentius, nec mollire, vi magna coactus secessit "

in suburbanum, & in concertatione superae- "

rat Damasus, parte, quæ ei fauebat, instante. Cō- "

stātque in basilica Sicensi vbi ritus Christiani "

est conuenticulum vno die centum triginta "

D E S A C . E C C L . M I N I S T .

„ septem cadavera reperta, peremptorum , effera-
 „ tamque diu plebem, ægrè posteà delinitam. Ne-
 „ que ego abnuo, ostentationem rerum consyde-
 „ rans vrbanarum, huius rei cupidos ob impetrá-
 „ dum quod appetūt, omni contentione laterum
 „ iurgari debere, cùm id adepti futuri sint ita secu-
 „ ri, vt ditentur oblationibus matronarum, proce-
 „ dantque vehiculis insidentes , circunspectè ve-
 „ stiti , epulas curantes profusas , adeò vt eorum
 „ conuiuia regales superent mensas, qui esse pote-
 „ rant beati reuera, si magnitudine vrbis despecta,
 „ quam vitiis opponunt , ad imitationem antisti-
 „ tum quorundam prouincialium viuerent , quos
 „ tenuitas edendi potandiique parcissimè , vilitas
 „ etiam indumentorum , & supercilia humum
 „ spectantia perpetuò , numini verisque eius cul-
 „ toribus vt puros commendant & verecundos.

Omnis autem huiusmodi obuentiones , redi-

q. c. præcipi-
mus 12.q. 1.
c. peruenit. 16

q. 7.

r.c.episcopus.

12.q. 1.c. vo-
bis. 12.q. 2.

f.d.c.peruenit

t. c. quia tua.

c.simus.c.no

lo.c.non dica-

tis. 12.q. 1.

v. c.certe. 12.

q. 1.

ac oblationes in sua potestate habebat epil-

copus , vt præcipiunt canones apostolorum 9.

Sed ita tamen vt eas res non dispensaret ipse ac'

administraret, sed diaconis, hypodiaconis, œco-

nomis ac defensoribus earum dispensationem

distributionemque committeret , qui rationem

posteà totius administrationis suæ ipsi redderét.

Fiebatque hæc distributio clericis & ministris

ecclesiarum 5, quorum erat vt plurimum com-

muniis vita & cōuersatio 7. quanuis ad eam cō-

paupe-

pauperes, quorum ingentem numerum alere solebat Ecclesia. Nec enim vlla res vñquam maiori curæ priscis Christianis fuit, quam pauperum sustentatio, vt plerisque in locis testatur Eusebius. Ac tot tantæque opes eo potissimum consilio in ecclesiam conferebantur, vt inde nutritur pauperes, eaque cura mandabatur epis copis, quod eorum erga pauperes studium omnibus perspectum esset ^a. Quare bona Ecclesiæ ^{x.l.i. C. de e pifc. and.} passim in veteribus canonibus dicuntur patri monia pauperum ^b. Qua ratione Augustinus ^{y.c. quia iux ta. 16. q. x.} e os qui decimas Ecclesiæ non persoluunt, tot homicidiorum reos fururos ait, quot pauperes fame mortui fuerint, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis vlibus reseruent ^c. Proferre hic ^{a. c. decima.} possèm & alia præclara veterum dicta in hanc ^{16. q. l.} sententiam, sed aliquot præcipua tantum referam. Nam omnia persequi infinitum esset. Ambrosius, Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo domini Assyrij sustulerunt? Nonne melius conflat sacerdos pro almonia pauperum, si aliqua subsidia desunt, quam si sacrilegus contaminat & asportat hostis? Nonne dicturus est dominus, cur passus es tot inopes fame mori? certè habebas aurum vnde ministrasses alimoniam, &c. ^d. Hieronymus ad Nepot. Gloria episcopi ^{b. c. aurum.} est pauperum opibus prouidere. Ignominia fa- ^{12. q. z.}

DE SAC. ECCL. MINIST.

cerdotis est propriis studere diuitiis. Idē, Amico rapere quidpiam furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est: accepisse pauperibus erogandum, & esurientibus plurimis illud reseruare, vel cautum, vel timidum est, aut quod apertissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere, om-

c.c. gloria. 12. q. 2. nium prædonum crudelitatem superat^c. Idem, Clericos autem illos conuenit Ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum & amicorum nulla suffragantur stipendia. Qui autem bonis parentum & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profectò d. 16. q. 1. c. incurunt & committunt^d. Ex his apparet dispen- vlt. sationem facultatum ecclesiasticarum epi- scoporum arbitrio commissam fuisse. Verū ob cupiditatem quorundam parum rectè ac sincerè administrantium, canones veteres modum rationēmque dispensandi ipsis prescriperunt, né- pe ut quatuor partes tam oblationum quam a- liarum quarumcunque obuētionum fiant: qua- rum vna pauperibus distribuatur: altera clericis: tertia in ædificationē templi impendatur: qua- tam episcopus retineat hospitalitatis exercenda causa^e. Sed ut est rerum humanarum conditio

vulneranæ. c. in eodem statu nunquam permanentium, h̄c cōcessō. c. qua- tuer, & sequē 12. q. 2. c. presulum. 16. q. 3. communium rerum distributio ad extremum antiquata prorsus & sublata est, ac singulis mi- nisteriis certi redditus adiuncti & assignati, qui- bus ministri tanquam re propria fruantur: eōc que ipsi arbitrio suo disp̄sent atque administrēt sine

sine vlliis aut diaconi opera , aut episcopi authoritate : & hos redditus ministeriis attributos hodie vulgo Beneficia appellamus . cuius verbi significatio & origo plenius infrà discutietur . Quam partem abstulerint pauperes in hoc , vt ita dicam , familiæ herciscudè iudicio , mihi nondum planè cōpertum est , tametsi quid ipsis hīc acciderit , & quam humaniter accepti sint , satis suspicor Sed hac de re aliâs erit opportunior dicendi locus .

*De vulgari divisione bonorum ecclesiasticorum
in temporalia & spiritualia. Cap. 2.*

Bonorum ecclesiasticorum quædam temporalia dicuntur : alia verò spiritualia . Temporalia vocant prædia illa & possessiones , quæ ex principum aliorūmque liberalitate obuenerūt . Spiritualia , decimas & alia id genus , quæ à fidelibus Ecclesiæ offeruntur . Nam decimas primitiásque , aut quæ loco primitiarum offerri solent , arbitrantur iuris pontificij doctores diuino iure sacerdotum & Ecclesiæ ministrorum esse , quod lex Mosaica eas exolui p̄cipiat . Itaque res diuinæ dicuntur , quod cas vnius Dei benignitati , non cuiusquam hominis munificentiæ acceptas referamus . Sacre verò & spiritales , quod huiusmodi oblationes Deo p̄cipue cōfacentur , & animæ spirituiq; nostro maximè existimentur cōferre . Reliquæ autē possessiones ,

DE SAC. ECCL. MINIST.

quas non à Deo, sed ab hominibus accepit Ecclesia, prophanae omnique religione puræ habentur, ideoque temporales vulgo appellatae sunt. Nam quæ diuina sunt ac spiritalia, eadem perpetua esse & nunquam interitura creduntur: cætera omnia caduca, fluxa & temporaria. Hinc ea videtur fluxisse appellatio. Sed ut ingenuè dicam quod sentio, diuina & sacra aliquanto rectius & significantius appellari posse mihi videtur, quæ spiritalia vocant, ut nō incommodè sic efferatur diuisio. Bonorum ecclesiasticorum quædam diuina sacraque sunt: alia humana ac prophana. Huius ergo diuisionis, quam iuris pontificij consulti probant, fundamētum est lex Mosaïca: de quo quid sentiendum sit, viderint alij. Certè si Thomæ aliorūmq[ue] theologorum op-

f. not. in c. in nionem sequamur, vereor ut consistere possit f.
aliquibus de- Existimant enim illi decimas non idcirco debe-
decim. ri sacerdotibus, quod lege Mosaïca id præcipia-
tur, cùm ea lege non astringamur, nisi quatenus
præceptum aliquod morale iurisque naturalis

g.c. translato, continet g. Naturalis enim lex, quam , vt Paulus
de constit. ait, gentes habent scriptam in cordibus suis, nū-
quam abrogatur. Itaque quamvis honestū piūm-
que sit, ac iuri naturæ consentaneum, quo bene-
merentes de nobis remunerari iubemur, mini-
stros Ecclesiae & pastores alere ac fouere. Deter-
minatio tamen certæ quātitatis eo nomine præ-
stādæ, puta octauæ vel decimæ partis bonorum,

&c. non tam iuris naturalis est, quam Mosaici,
id est

id est, quod Deus per Mosem Iudeis tantum, non etiam aliis gentibus & populis ad tempus constituit. Quæ sententia si vera est, equidem nō video cur potius decimæ quam alij redditus Ecclesiæ, sive diuini, sive spiritales dici debeant. Verum vt cunque theologi suam tueantur sententiam, inficiati nemo poterit, vetustissimam esse consuetudinem de soluendis decimis in Ecclesia, quam sanctissimi & doctissimi quique veterum maximè comprobarunt atque commēdarunt^b.

*b. c. reuerti-
mini. c. deci-
mae. 16. q. 1.*

Vnde dicatur beneficium. Cap. 3.

De origine facultatum ecclesiasticarum admirabilique earum incremento, & vt possessio-nes omnes ac redditus, qui antè communes erāt, diuisi sint, & certis ministeriis assignati, satis demonstrasse videmur superiori capite. Cur autem Beneficium appelletur certa illa redditum por-tio, quæ cuique ministerio obtigit, videndū est. Nam plerique hanc vocem vt barbaram omnino & ineptam refugunt, & sacerdotia malunt quam beneficia hos redditus appellare. Verum, nisi fallor, sacerdotium pro munere ac dignitate magis quam pro redditu aut obuentione accipi videtur apud Latinos authores. Et constat hæc sacra stipendia non tantum sacerdotibus, sed a-liis etiam ministris cōcedi. Animaduertendum igitur est, moris fuisse veteribus prædia quædam

DE SAC. ECCL. MINIST.

ac possessiones militibus tribuere, ut hoc beneficio deuincti animosiores ad Remp. tutandam redderentur. Id factum ab Alexandro Seuero testis est Lampridius, quem & alij imperatores ante Iustinianū fecuti sunt, ut ex corum cōstitutionibus apparetⁱ. Meminit & prædiorum huīuscemodi militarium Constantinus quidam imperator apud Harmenopulumⁱ, eāque ^{εγε-}
*i.C. de fund.
limitro.
l.lib.1.* ^{τιωτικὰ κτήματα & ερατιωτικούς τόπους} vocat. Quibus perquam affinia sunt ea, quæ ob fidem & obsequium fruenda conceduntur, moribus non Lōgobardorum modò, à quibus hoc prædiorum fruendorum genus manasse ad nos videretur, sed etiam nostris, & omnium propè totius Europæ populorum ac gentium. Et hæc quidem prædia non ineptè beneficia à quibusdā appellata sunt: & beneficiarij qui ea possident. Nam & beneficiariorum militum mentio est apud Cæfarem in Comment. sensu haud omnino dissimili, & apud plerosque alios authores, quorum pura Latinaque est oratio. Hunc verò morem qui in rebus prophanis receptus erat, imitati sunt ecclesiastici viri, & prædia possessionésque ob ministeriū Ecclesiæ singulis ministris adscriptas Beneficia vocauerunt, (quæ vtinam beneficia plerisque hodie non sint) quia post eam, de qua iam diximus, diuisionem hi redditus ecclesiastici magnam cum illis militaribus prophanisque beneficiis affinitatē habere credebantur, id quod alio in loco ostensurus sum. Itaque non tantū de ministeriis

nisteriis, sed etiā de beneficiis ecclesiasticis hoc nostrum *cūrātūm* inscribere voluimus, vt veterem simul & nouam loquendi consuetudinē in Ecclesia titulus indicaret. Nam ita hoc argumentum apud veteres tractatum offendimus, vt ministerij ferè mentio fiat, non prouetus aut stipendij alicuius. At postquā honos nō onus affectari cœpit, & quæstus est habita ratio magis quām muneris atque officij, vñā cū moribus hominū mutata est loquendi ratio. Ut exempli gratia: solebant ita disputare antiquiores, vt quærent, quis Ecclesiæ ministrum ordinare, & quis ordinari deberet. Recentiorum verò quæstiones hæ sunt vulgò vñitatæ, quis beneficium cōferre, cui conferri possit, &c. Quod igitur primarium ac præcipuum meritè habebatur quondam, id nunc accessionis cuiusdam locum vix obtinet, qua in re tanta est indignitas, vt eam dissimulare nemo bonus possit. Nam si Plinius suo tempore conquestus est ex gemmis confici vasa in quibus aurum accessio esset, cùm gemmæ vasis aureis accedere soleant, quanto iustior hac de re futura est bonorum virorum querela? Hoc autem idèò hīc adiicere volui, vt ostenderem veteres canones de ministeriis loquentes, quanuis ætatem, vt ita dixerim, non ferant, & magna ex parte antiquati sint, tamen ad hanc disputationem de beneficiis plerunque trahi posse. Hinc natæ sunt illæ theses: Qui potest ordinare, potest beneficium

DE SAC. ECCL. MINIST.

conferre. Qui potest ordinari, potest beneficium capere, & contra: Qui non potest ordinare, non potest beneficium conferre. Qui non potest ordinari, non potest beneficium capere^m. Ordinationem verò hīc latè accipimus, pro quacunque ad sacrum ministerium aliquod, aut munus ecclesiasticum promotione, ut ante explicatū fuit.
m. glos. c. si eo tempore de re script i. 6. glo. c. de his. 28. distin.

Quid sit beneficium, beneficij ecclesiastici dominium, ususfructus ve cuius sit, & an pensiones annue atque hospitalia beneficij appellatione continantur.
Cap. 4.

Explicatio verborum qua iam vñsi sumus, sufficere posse videtur iis qui simplicitatem amant in iuris interpretatione, attamen ut iis quoque faciamus satis qui hac simplicitate nō contenti subtiliorē & accuratiorem interpretationē requirunt, trademus definitionem beneficij, nō perfectam quidem illam fortassis, & omnibus Dialecticæ legibus inseruentem, sed quæ quantum rei natura patitur, ab earum legum præscripto non longè recedat. Sit igitur hæc definitio: Beneficium est res ecclesiastica, quæ sacerdoti vel clero ob sacrum ministerium vtenda imperpetuum concedatur. Cuius definitionis singula verba ἀμαθέσερον, ut dicitur καὶ συφέσερον hīc expliqanda sunt. Ac imprimis dicitur res, quoniam non ministerium ipsum sive officium, sed commodum potius inde proueniens beneficium appellatur,

pellatur. Proinde is qui dignitate ecclesiastica
ornatus est sine redditu ac prouentu , cuiusmodi
sunt Archidiaconi quidam , quos imaginarios
& honorarios vocare soleo, is beneficiarius di-
cendus non est. Dicitur ecclesiastica , quod ea
bona Deo & Ecclesiae dicata cōsecratāque sint,
ex quibus huiusmodi redditus constant ". Dicitur n.c. res Ecclesie i.q. 3.
Sacerdoti, &c. quoniam si quid fruendum con-
cedi soleat laicis hominibus ex bonis Ecclesiae ,
quales sunt ij de quibus diximus XIX. capite
primi libri, id beneficium propriè non dicetur.
Dicitur ob factum ministerium, quia sicut bene-
ficia militaria ac prophana militibus ac prophana
nisi hominibus ob fidem & obsequium dantur,
ita hæc sacra beneficia Deo consecratis ob sacrâ
spiritualēmque functionem conceduntur. Itaque
hæc beneficia sacra spiritualiaque quodammodo
esse dicuntur, quia tametsi prouentus facti non
sint, sed prophani, tamen facto ita cohæret mu-
neri , vt separationem non recipiant °. Nec vlli
conceduntur, qui ad munus illud obeundū ido-
neus non sit, puta sacerdoti aut clero, vt iam
dixi. Nam licet ostiarij, aut acoluthi munus pro-
phanum fortè quibusdam videri possit: quia sa-
cræ ædis ostia claudere, & alia id genus exequi
etiam laicus potest , idque nos quotidie fieri vi-
demus , & experimur , tamen considerandum
est, quod supra admonuimus, clericos eos dici,
qui sacris iniciati sunt, & ad sacram functionem
delecti ac destinati, sed in leuioribus muncribus

DE SAC. ECCL. MINIST.

Institutionis cuiusdam causa adhuc occupantur & exercentur, nec eis assignantur potissimum redditus ecclesiastici, ut ostia claudant, sed ut interim alantur ac instituantur, & sacerdotum episcoporumque perpetuum extet seminatum. Proinde annonæ siue præbendæ ecclesiasticæ laicis hominibus & in canonicorum collegium minimè cooptatis solitæ concedi ob nolarum ænearum pulsationem, aut aliud huic simile ministerium, beneficia ecclesiastica propriè non dicuntur, sed abusuè, & latissima significatio-
p. not. in c. ciij
M. de Conf.
& in c. dile-
cto. de præb. ne. Spiritalia autem officia quæ sint, facile ex his quæ diximus in superiore libro, perspici posse, veluti doctrina euangelij, administratio sacramentorum, ordinatio ministrorum Ecclesie, excommunicatio, absolutio, dedicatio ecclesiarum, & alia id genus quæ episcoporum, presbyterorum, & diaconorum propria sunt. Et quoties dubitatur an redditus, de quibus hic loquimur, ad spiritale sacrūmque ministerium constituti destinatique sint, nécne: quia facti questio est magis quam iuris, vulgo traditum est ad signa, notas & coniecturas recurrentum esse. Itaque si basilica siue ædes sacra, altare, tintinabula, cœmeteriū, & alia id genus, in eo de quo queritur loco, reperiantur, sacrum ac spiritale beneficium esse iudicabimus, nisi contrariū appareat. Dicitur Utenda: quia dominium & proprietas clericorum non est, sed quam diu viuunt, & munere suo funguntur, fructibus percep-
q. Sel. 1. par.
¶ 7.

ceptis ad alendum se familiāmque suam, vtūtūr.
 Quod si præter victum vestitūmque necessariū
 aliquid supersit, id alienare tanquā domini non
 possunt, sed egentibus erogare debent, extatque
 hac de re constitutio cuiusdam synodi, quam vir
 quidam eruditus diram vocat^{r.c. episcopus.}. Cui alia simi-
 lis reperitur concilij Antiocheni s. Contendit^{10.q.2.}
 enim eos vsumfructum beneficiorum suorum^{s.c. episcopus.}
 habere, & fructus tanquam stipendium aliquod^{c.vit.12.q.1.}
 mercedēmque sui laboris capere. Quod nec ra-
 tione, nec æquitate caret. Sed puto maiores no-
 stros satis animaduertisse, nihil Ecclesiæ exitia-
 lius pestilentiusque esse, quam ministrorum eius
 nimiam opulentiam, id quod cumentus, qui non
 modò stultorum magister est, vt ait Litius, sed
 etiam prudentissimi nonnunquam & perspica-
 cissimi cuiusque, satis docuit. vt meritò illud è
 Satyra nunc dici posse videatur: Nullum crimē
 abest, facinūsque libidinis, ex quo Paupertas
 Romana perit. Res enim ipsa loquitur: Immen-
 sam principum quorundam munificentia, vtcū-
 que pius esset eorum affectus, tantum virus in
 Ecclesiam sparsisse, vt ex pixide illa Pandoræ à
 poëtis decantata, non plus malorum inter ho-
 mines, & calamitatum exiliisse videatur. Initio
 ægrè admodum hoc datum est Ecclesiæ, vt præ-
 dia possessionésque sibi relictas aut donatas reti-
 neret. Et satis constat ex epistola Hieronymi ad
 Nepot. legibus Christianorū principū aliquādō
 prohibitū fuisse clericis, ne hæreditates caperēt,

H ij

DE SAC. ECCL. MINIST.

Nam vt in omni genere mediocritas illa , quam optimus poëta auream vocat, meritò commendatur , ita modus facultatū summopere hic necessarius est. Bonifacius martyr aliquando interrogatus, an liceret ligneis calicibus in sacris vti, ita respondisse fertur: Olim aurei sacerdotes ligneis vasis, nunc lignei aureis vtuntur. Haud dubiè sentiens immodicis opibus facile sacerdotes & gubernatores ecclesiarum corrumphi

t.c. vasa de cō
secre. dist. 1.

t. Quæ ratio impulit veteres illos, vt clericis preter viētum necessarium nihil permitteret ex facultatibus ecclesiasticis sumere , nec puto quicquam salubrius potuisse constitui ad cohibendā corum cupiditatem, & πλεονεξίαν, non quod hæc ad viuum, vt dicitur, refecandā , & summo iure cum eis agendum existimem , quod nec canones exigūt opinor: sed quia verissimum est illud Satyrici poëtæ: Nemo satis credit tantum delinquare, quantum Permittes, adeò indulgent sibi latius ipsi. Legimus in historia tripartita, o episcopum quendam Cōstantinop. nomine Chrysanthum , nihil ex redditibus ecclesiasticis capere solitum fuisse, nisi dominico die panes duos. nec desunt alia huiusmodi exempla in scriptoribus ecclesiasticis: ex quibus apparet quæna fuerit veterum de bonis ecclesiasticis earumque usu & administratione, sentētia. Nec verò dissimile fuit quorūdā politieorū hominū in Rep. iudiciū idque satis ostendit Anaxander , qui interrogatus cur Spartani pecunias in ærarium publicum non

non colligerent, Ne, inquit, earum custodes cor-
rumpantur. Itaque beneficiarios vsuariis magis
quām vsufructuariis comparandos esse non vno
in loco Panormit. docet ^{v.} Nec vllum arbitror ^{v.in c. vlt. de}
canonē esse, cui repugnet hæc sentētia, quanuis pecul. cler. et
ea moribus nostris recepta nō sit ^{x.} Dicitur im- ^{in rep. c. cum}
perpetuum, quia cùm ad tempus minister Ec- ^{effes de testa.}
clesiæ ordinari non possit, necesse est beneficiū ^{c. illud. 16. q.}
ipsum, quod ministerio coniunctum est, per- ^{6.}
petuum esse ^{x. glo. pragm.}. Nam & de beneficiis militaribus ^{tit. de anna in}
ac prophanis idem constitutum est, quibus hæc ^{verbo. acqui-}
perquām vicina similiāque esse iam admonui- ^{sitos.}
mus ^{a.c. 1. de cap.}. Excipitur tamen Romanus pontifex, qui ^{mo. in 6.}
velut legibus canonib[us]que solutus beneficia ad ^{b. tit. in quib.}
tempus cōferre posse dicitur ^{c. caus. feud. a-}
prefecturas illas monasteriorum, quas vulgò ^{mitta. §. vlt.}
Prioratus claustrales vocant, beneficiis non an- ^{in vſib. feudo.}
numerari quia perpetuæ non sunt, sed precariæ ^{c. not. in c. ve-}
tantum ac temporariæ administrationes ^{d. Ha- presbyt. e. si}
ctenus de diffinitione Beneficij: cuius vt magis ^{niens, de fil.}
clucescat vſus, tractandæ h[ic] sunt duæ vulgares ^{gratioso. de re}
quaestiones: quarum vna est de Annuis siue pen- ^{script. in 6.}
sionibus: altera de hospitalibus ædibus: an sci- ^{d. Host. in c.}
licet appellatione Beneficij contineantur. Nam ^{de multa. de}
contingit aliquando, vt ex redditibus beneficij ^{e. c. nisi essent,}
certa portio quotannis alicui pendatur autho- ^{de præbend. Sél.}
ritate Romani pontificis, vel alterius episcopi
ob certas causas, de quibus alibi differemus ^{e.}
Sed huiusmodi pensio, quæ Annuū genere neu-
tro propriè ac Latinè dici posse nobis videtur,

DE SAC. ECCL. MINIST.

f.e. quāuis, de
 præb. in 6 not
 in c. ad au-
 dientiā, 2. de
 rescrip.
 g.c. possessio-
 nes. 16. q. 1.
 not. in c. præ-
 terea 1. & 2.
 de trans. act.
 glo. prag. tit.
 de collatio. §.
 item quod vni-
 uerstitates, in
 verb. benefi-
 ciorum.
 b. tit. de epis.
 & cler. Theo-
 dor. lib. 5. eccl.
 histor. c. 18. So-
 zome. lib. 6.
 tripar. c. 29.
 i. l si verd̄, de
 his qui deiec.
 vel effud. Vi-
 tru. lib. 6.
 l. cle. 2. de præ-
 bend.

beneficium non est s. Cūm enim ob nullum in Ecclesia sacrum ministeriū constituatur, & non tantūm clericō, sed etiam laīco competere pos- sit, satis perspicuum est definitioni quam tradi- dimus, non conuenire s. Sed de his infrā pleni- ius. Quod ad secundam quæstionem attinet, sciendum est, studium ingens Christianorum in omnes egenos, debiles, senes, peregrinos ac pu- pillos semper extitisse, adeò ut omnes paſsim Ec- clesiæ nosocomia sua, xenodochia, brephotro- phia, orphanotrophia, gerōtocomia, ptochotro- phia haberent: quorum mentio est apud Iustin. h. Ea omnia nos hodie hospitalia vocare sole- mus, quæ vox apud veteres Latinos in vsu fuit, pro ea parte domus, quam opulentiores hospiti- bus aduenientibus instruebant, eaque vtitur noster Vlpianus ². Sed quæritur an huiusmo- di Hospitalia in numerum beneficiorum refe- renda sint. Et constat ex diffinitione Beneficij, si ab homine priuato propria authoritate insti- tuta sint, Beneficia non esse: quia res ecclesiasti- ca non sunt. Quod si in ea institutione episcopi authoritas interuenerit, ne hoc quidem casu be- neficium dici meretur ³, quia eorum reddituum procuratio & administratio nō clericis, sed qui- buscunque viris probis & idoneis mādari solet, qui administrationis suæ rationem exemplo tu- torum & curatorum reddere coguntur. Et hæc ita accipienda sunt, nisi ex ipsa institutione, aut ut loquimur, fundatione, contrarium appareat.

Quod

Quod in synodo Viennensi Clemens V. constituit^{m. de quia cōtingit, de reliquo do. l. orphaneotrophos C. de epif. & cler. Fel. in c. de quarta, de prescriptio.}. Nam contingere potest ut beneficium sacerdoti attributum sit, ita ut præter sacerdotalem functionem, onus quoque pauperes alendi subeat. Certè apud Nicephorum in ecclesiastica historia, Euphemij cuiusdam mentio reperitur, qui simul & ptochotrophus & presbyter fuit.

Beneficiorum diuisio & qualitas. Cap. 5.

Explicata diffinitione, aliquot diuisiones beneficiorum docendæ sunt, ad nostri temporis mores accommodatae: quarum in forensibus cōtrouersiis hodie magnus est usus. Ac summa quidem diuisio hæc est: Quædam Beneficia titulum habent dignitatis: ut episcopatus, archidiaconatus, &c. Quædam habent curam animalium sine dignitate, ut parœcia. Alia neque dignitatis titulum habent, neque curam animalium, sed simplicia nudaque beneficia sunt. Inter hæc tamen aliqua differentia reperitur. Nam quædam aliquid eminentiæ, ornamenti, & decoris habent, ut canonicorum præbenda. Quædam infima sunt atque humilia, de quibus omnibus sigillatim hîc differemus.

Quæ sint dignitates ecclesiastice, & quot modis accipiuntur. Cap. 6.

In rebus publicis honores distinguuntur à

H iiii

DE SAC. ECCL. MINIST.

n.tit. de mu-
ner. & honor.
o.l.honor. de
mun. & ho-
nor.
p.l.vlt.de mu-
ne. & ho.
q.tit.de prab.
& dig.
r.glos. in c. 1.
de consuet. in
6. Panor. &
alij i c. de mul-
ta, de prabed.
f.c. quam gra-
ui de crimin.
sal.
t.c. si quis de-
iceps. 16. q. 7.
c. 1. de æta. &
qual. c. 2. de
iud. vbi not.

muneribus". Et diffinitur honor, administratio Reipub. cum dignitatis gradu. Munus vero, administratio Reip. sine titulo dignitatis". An autem administratio dignitatem habeat necne, ex consuetudine & hominum existimatione iudicari solet. Similiter in rebus ecclesiasticis quædā administrationes titulum dignitatis habent, & Dignitates à pontificibus appellantur, idque ferè accidit quoties administratio cum iurisdictione aliqua & potestate coniuncta est. Sed hæc exemplis illustriora fient. Episcopus summam in Ecclesia dignitatem habet, & quāuis alius alij præponatur, veluti archiepiscopus episcopo, archiepiscopo patriarcha, & his omnibus Pontifex, siue episcopus urbis Romæ: idem nihilominus ordo horum omnium esse dicitur. Vnde omnes episcopi fratres à Pontifice Rom. vocari solent. Archimandritæ siue cenobiarchæ, qui & Abbates dicuntur, proximum episcopis locum hodie obtinent, quanvis olim, ut suprà diximus, omnibus clericis postponerentur. Archidiaconi quoque, Archipresbyteri, primicerij dignitatem habent in Ecclesia, eorumque munus antea nobis descriptū explaratūque est, de quibus speciales extant tituli lib. 1. Decret. Decani nō quorum meminit Iustinianus, sed qui vulgo sic appellantur, hoc tempore, item Præcentores, præpositi & cæteri similes, de quorum officio perscriptū nihil est in pontificio iure, dignitate prædicti sunt.

Si consuetudo ecclesiarum, quæ maximè h̄c spectatur, in numerum dignitatū officia huiusmodi referat. Id quod nominatim de Decano scriptum reliquit Bernardus ^{v.} Sed notandum est ^{v. in c. ex par-} hæc ministeria, de quibus postremò locuti sumus, propriè & vñitatem dignitates appellari in pontificio iure. Itaque specialius h̄c accipitur dignitas, quām suprā diximus, vt videlicet episcopatum non comprehendat ^{x.} Quætri solet an præfectus monastici conuentus, qui Prior conuentualis dicitur, aut sodalium mendicantium siue præfectus, siue custos & obseruator dignitatem habeat. Et receptum est eos habere, quoniā titu. glof. in appellatione prælatorum continentur, & iuris- cle. dudum, de dictionem aliquam habēt ^{a.} Idem traditum est sepult. Fel. in de vicario generali episcopi, non de eo qui extra ciuitatem in aliqua diœcesis regione constituitur, quem foraneum vocant ^{b.} His exceptis nul- et si principa- lis clericus in Ecclesia dignitatem habere dici- tur, nisi generaliter hoc verbum accipias. Nam adeò latè patet aliquando huius verbi significa- periuntur, tio, vt omnes clerici dignitatem habere dicantur. Atque hinc colligi potest, triplicem huius vocis significationem esse. Nam imprimis gene- raliter omnem gradum ecclesiasticū significat. II. Omnem administrationem, cum qua con- iuncta est iurisdictio. III. Archidiaconatum, & alia huiusmodi officia, de quibus iam diximus. Hinc existit quæstio, cùm sit tam varia huius vocabuli significatio, quo sensu accipi debeat. Sed

^{x. c. dilectus,}^{de conc. præb.}^{a. not. in c. e-}^{doceri, de re-}^{scr. cle. 1. co-}^{tem habeat.}^{Et receptum est eos habere, quoniā titu. glof. in}^{appellatione prælatorum continentur, & iuris- cle. dudum, de}^{dictionem aliquam habēt ^{a.} Idem traditum est sepult. Fel. in}^{c. insuper, de}^{testib.}^{b. not. in cle.}^{tur, quem foraneum vocant ^{b.} His exceptis nul-}^{et si principa-}^{lis, de rescrip-}^{c. c. denique}^{4. distin. c. re-}^{periuntur, t.}^{q. 1. c. si quis}^{tur ^{c.} Atque hinc colligi potest, triplicem huius post. 51. dist.}

DE SAC. ECCL. MINIST.

ex locis communibus de interpretatione definiti-
ri potest, ac imprimis subiecta materia, & mens
disponentis spectari debet. Itaque in materia o-
diosa, quæ interpretatione adiuuari non debet,
sed potius restringi appellatione dignitatis, non
continetur episcopatus, veluti si de gratia legis,
sive canonis facienda agatur^d.

*D. Panor. in c.
cum Vinton.
de elect. Sel.
in I. par. q. 3o.*

De curatione animorum. Cap. 7.

Ordo postulat ut de beneficiis, quæ propter
curam animorum dantur absque ullo dignitatis
titulo, aliquid dicamus. Hæc auté beneficia ha-
bere dicuntur presbyteri, quibus Ecclesia aliqua
parochialis curáda regendáque committitur.
Nam ea diœceseos pars, cuius curationem ha-
bent singuli presbyteri sub episcopo parochia,
e.c. omnes ba- aut fortasse rectius parœcia appellatur^e. Budæus
silicæ, c. null⁹, noster iamdudum admonuit hæc aliter Latinè
16. q. 7. exprimi posse, ut curia dicatur, quam nos paro-
chiam vocamus. Curiales verò parochiani ipsi,
& Curio presbyter, qui parochianorum curatio-
nem ac gubernationem habet. Nō me latet pa-
rochiam v̄surpari pro tota diœcesi episcopi, quæ
f. e. bona rei, multas complectitur ecclesiæ f. Sed h̄ic aliter
12. q. 2. c. apo- accipitur. Cura autem presbyteri, sive Curionis
stolicæ, de do- in ligatione animarum, ut scriptura loquitur, &
natio. earū absolutione præcipuè versatur. Sicut enim
noxios à sacra communione arcet, ita veniam
poscentes absoluit, ut suprà docuimus. Itaque
iurisdi-

iurisdictionem quandam spiritalem exercet, quæ pœnitentialis fori potestas vulgò dicitur. Sunt & alij qui disciplinam & contentiosam exercent iurisdictionem, & causas forenses iudicant, quæ iudicia ad Ecclesiam aliquando pertinere supra admonuimus. Et quia spiritualis est ea iurisdictione, eam exercens dicitur etiam curam animarum habere, quanvis fortè nulli curiæ seu parœciæ præfectorus sit.

simplicia beneficia quæ sint, & præbendarum vocabulo quid significetur.

Cap. 8.

g. Innocēt. in
c. cum satis, de
off. archid. c.
dudū, 2. de e-
lect. extr. ex-
crabilis. ad fi-
nem de præb.

Inter beneficia simplicia, quæ nec titulum dignitatis habent, nec curam animorum, primū gradum tenent canonicorum præbendarum. Nam ea maioris cuiusdam dignationis splendorisque existimantur, quam cætera, propter ius suffragij, quod habent in collegio honoratissimo, adeò ut separatim de his tractare commodius videatur^h. Præbenda autem vulgò dicitur annona vlt. de præb.
quædam sodalibus siue canonicis alicuius Eccl. c. si monachus. 16. q. 1.
clesiæ in compensationem ministerij sui præstari solitaⁱ. Vtiturque hoc verbo Cassiodorus^j. Præbenda aliquanto rectius & Latinius πλητυτικῶς quis vocauerit, exemplo veterum linguae Latinæ quendam scrip-
tiorū, à quibus eam vocem usurpatam esse a-
nimaduertimus^m. Sed & canon ea quoque præ-
statio dici poterit, vt antè diximus. Huiusmodi

h. Panor. in c.
i. lib. 5. varia-
rū, in epistola ad Ampelium
m. L. inuiti, de-
test. Gel. lib. 5.
c. 4.

DE SAC. ECCL. MINIST.

n. c. dilecto, de autem annonæ siue præbenda ideò sacra spirita-
liaque existimantur ", quod sodalibus tatum si-
præbend.

o. c. 2. de insti ue canonicis Ecclesiæ dicata sint, quos sacris ini-
tiatos esse necesse est: quorūque sacra spiritualis
que functio habetur , quanuis animarum cura-
tionem, quam olim habebant, nūc deseruerint^o.

p. not. in c. cū Nihil tamen prohibet ex redditibus Ecclesiæ co-
munibus partem aliquam, quę canonicis adscripta
nō sit, laicis hominibus ut laboris industria-
que suę mercedem largiri, ut puta ædituis , aut
iis quibus cāpani tinnitus cura mādatur. Quod
genus erogationis per me licet ut præbenda siue
præbendam quisquis voluerit appelle, sed quia
nihil sacri spiritualisque habet, multum differt ab

M. de consti- ea, de qua hīc differitur, quam muneri sacro spi-
ritualique dicatam esse dicimus *P.* Et quia Cano-
nicorum corpus & sodalitum ex variis Ecclesiæ
ministris conflatum est, quorum aliqui sacerdo-
tes sunt, alij inferiorum ordinum clerici: item a-
lij doctores Theologiæ, alij magistri & professo-
res literarum, magna hinc præbendarum diuer-
sitas nata est. Nam quādam sacerdotales dicun-
tur, quarum nemo capax est , nisi sacerdos : alij

q. e. cui de nō inferiorum ordinum clericis conferri possunt,
facerdotali. c. & hæc varietas in quibusdam ecclesiis obserua-
ei cui de pre- tur *q.* Præterea quādam Theologales sunt ap-
bend. in 6. pellatae, quæ Theologiæ doctoribus tantum in
r. c. quia non- cathedralibus ecclesiis assignantur. Sunt & ma-
nullis, de ma- gn. & in gistrales dictæ, quæ literarum magistris & præ-
pragm. sanct. ceptoribus attribuūtūr ⁷. Sed hæc omnia accu-
ratius

ratiū infrā disputabuntur. Ex iam dictis facilē
apparet, quę nam sīnt reliqua beneficia, quę sim-
plicia appellantur. Nam ideo simplicia dicun-
tur, quia beneficia tantum sūnt, nec eis vlla qua-
litas īest, ex iis quas supra commemorauimus.
Quoties igitur beneficium tale est, vt beneficia-
rius curam alterius non habeat, sed aliter diuinæ
rei incumbendo munere suo defungatur, sim-
plex beneficium vocari solet. Exempla passim
obvia sūnt.

*Beneficiorum diuisio in regularia & se-
cularia. Cap. 9.*

Secunda diuisio beneficiorum hæc est, cuius
explicatio ex iis quæ superiore libro differuimus
de monachis, omnino pendet. Beneficiorū quę-
dam Regularia dicuntur: alia verò secularia. Re-
gularia sūnt, quæ monachis & regularibus tan-
tum acquiri possunt. Secularia, quæ clericis etiā
secularibus, id est, mōnaftico voto regulāque nō
obstrictis. Cuiusmodi censenda sūnt omnia be-
neficia, nisi contrarium ostendatur. Nam si con-
stet ita institutam fuisse ecclesiā, vt à monachis
siue regularibus gubernetur, Regulare benefi-
cium dicendum erit *s.* Verū spatio temporis,
nempe X L. annorū, status beneficij potest mu-
tari, vt ex regulari seculare, aut contra ex secula-
ri regulare fiat.

f. glof. prag.

tit. de collatio.

§. item quod

ad dictas.

t. c. cūm de be-

neficio, de præ-

ben. in 6. cle.

i. de sup.

pya



LIBER TERTIVS DE HIS Q VI POSSVNT BE- NEFICIA CONFERRERE.

ARGVMENTVM.

Post diffinitiones diuisionesq; beneficiorū ecclesiastico-
rum, proximus locus est de iis, qui beneficia conferre ac
distribuere possunt. Et quia frequentes de ea re incident
cotrouersiae, propterea quod varijs non solū sacerdotes,
p̄tifices, episcopi, antislites, sed alij etiā prophani homi-
nes hoc ius ut fructuosū valde, ne quæstuosū dicā, cer-
tatim sibi vēdicēt, hic loc⁹ separatim hic tractādus fuit.

Quorum beneficiorum distributionem habeat Romā-
nus Pontifex, & quemadmodum is ordinari eli-
gique debeat.

Cap. I.

E H I S qui beneficia cō-
ferre possunt tractaturi à
Pontifice Romano incipiems, qui primus epil-
coporum, primāmque se-
dem occupare dicitur. Et
huius quidem disputatio-
nis nostræ duæ sunt pr̄-
cipuæ quæstiones. Una de potestate Romani
episcopi



episcopi in beneficia & ministeria Ecclesiæ. Altera de promotione ipsius atque ordinatione. Quod ad primū attinet, sciendū est eum priscis temporibus nullum ius nullāmque potestatem ordinandorum sacerdotum aut clericorum extra propriam diœcesin sibi vindicasse. Nam veteribus canonibus episcopus à metropolitanō & aliis qui sunt in prouincia episcopis, iubetur ordinari electione cleri, ac plebis cōsensu hanc ordinationē antecedente^a. Cæteri verò clerici ab episcopo suo ordinātur, non à Romano episcopo, sed cum assensu plebis & ciuiū, vt de episcopo iam dictum est^b. Cùm ergo pontifex Romanus secūdum antiquos canones in alienis ecclesiis neminem ordinare, id est, ad ministeriū Ecclesiæ promouere possit, satis perspicuum est ex his, quæ secundi libri cap. IIII. diximus, Ecclesiastica beneficia totius orbis ab eo conferri non posse. Nec verò dubium est, quin vetustiores sanctiorésque vrbis Romæ episcopi sede Ecclesiæque propria contenti, reliquis episcopis ecclesiarum ipsis commissarum liberam administrationē reliquerint, quasi vrbis vnius magis quam orbis episcopi, vt antè annotauimus. Quæ ratio fortè episcopum nescio quem mouit, cuius mentionit Aemylius^c, vt paulò liberi Gregorio vn-^{c. li. 9. de reb.} decimo pontifici Romano responderet. Cùm ges. Fran. enim Gregorius tum Auenione sedens, ab eo sciscitaretur, cur sedē suam nō inuiseret: Si quis, inquit, te roget cur vrbem tuam Romam tandiu

DE SAC. ECCL. MINIST.

ab episcopis suis desertam non adeas, multò mi-
nus habeas quod responsurus sis quàm ego. Po-
steriores verò pontifices sese intra hos fines non
continuerunt, sed velut domini regésque omnia
pro potestate agere, ac vniuersalis Ecclesiæ gu-
bernationem sibi arrogare non dubitarunt. Ita-
que dicitur Pontifex Romanus plenam, liberā,
nullisque legum vinculis adstrictam dispositio-
nem omnium beneficiorum habere, & cum o-
mnibus episcopis quoties ei libuerit cōcurrere,
eōsque omnes præuenire vacuum beneficiū con-
ferendo, & anteuertere posse, idquæ constitutio-

d. c. cūcta per nibus aliquot expressum est *d.* Quæ quidem ipse
mundum. *ii.* satis tolerabiles essent, si nihil grauius inde con-
q. 3. c. propo- seculum fuisset. Non enim facilis erat Romanis
præb. c. ad ho pontificibus in tot prouinciis, quo habet Chri-
nore, de auth. stianus orbis longissimè ab vrbe Roma distan-
& vsu pal. c. tes, ea præuentio & occupatio. Ideoq; non mul-
2. c. dudu, de tum incommodi seu publicè, seu priuatim, pote-
præb. in 6. cle. rat afferre. Verùm hac via patefacta, mox ratio-
1. vt lite pend. ex cogitata est aliquanto certior & expeditior,
glos. pragm. tit. de electio. quia cæteris episcopis conferēdorum beneficio-
in verb. refer- rum facultatem adimerent. Inualuit enim mos,
uationes. antiquis omnino incognitus, diplomatum ex-
pediendorum, quibus beneficia nondum vaca-
tia mandantur certis personis conferri, cùm ea
vacare contigerit. Gratia expectatiæ vulgo di-
cuntur, & mandata de prouidendo, de quibus
infra. Hęc de priore quæstione. Nunc de Ro-
mani episcopi ordinatione tractandum est, quæ
quidem

quidem olim à cæterorum episcoporum elec-
tione non multum differebat. Vicini etenim
episcopi, qui Cardinales dicebantur, clericis
cardinalibus Romanæ Ecclesiæ conuocatis, de
ordinatione cum eis tractabant ac deliberabat.
Deinde requisito non solum reliqui cleri, sed
etiam populi consensu, Pontifex ab ipsis ordi-
nabatur & consecrabatur, ut sexta Synodus sta-
tuit^e. Quòd si diuersa fortè essent suffragia, vin-
cebat sententia plurimorum f. Eligebatur verò
presbyter, aut diaconus Ecclesiæ Romanæ, qui
per omnes gradus inferiores ascenderat^g. Alia-
rum ecclesiarum episcopi etiam Cardinales ideò
non eligebantur, opinor, quia veritum erat ca-
nonibus ne episcopus vnius Ecclesiæ ad aliam
transfaret. Quoniam autem multitudinis con-
sensus videbatur necessarius, par erat & princi-
pis voluntatem non negligi: & cò magis quòd
ad compescendam furentis plerunque populi
temeritatem eius authoritas ac maiestas pluri-
mum valeret. Itaque sine Imperatoris Romani
consensu & authoritate non solebat antiquitus
Romæ pontifex ordinari^h. Eadémque ferè po-
testate singuli reges in ecclesiæ regni sui vtebā-
turⁱ. Sed non ideò ius eligendi clero adem-
ptum erat. Verùm postea Catolo Magno &
Othoni imperatoribus vtrò ius eligendi pon-
tifícis Romani omnino concessum ac permis-
sum est^j. Quod cùm videretur cleri populí-
que Romani libertatem infringere, tandem in-

^{e.c.in nomine}^{domini, 23.}^{distin.}^{f.c.si trāsitus.}^{79. dist.}^{g. c. nullus.}^{79. distin.}^{h. c. Agatho.}^{i.vota.c. quia}^{sancta, 63. di-}^{stinct.}^{i. c. cum lög^d,}^{63. distinct.}^{j. c. Adria-}^{nus. c. in sy-}^{nodo, 63. dist.}

DE SAC. ECCL. MINIST.

stantibus Romanis pontificibus , sese non amplius eo iure vsuros confirmarunt , atque iura-
m. c. ego Lu- runt ^m. Forma autē iuris iurandi , quæ apud Gra-
donicus, cū c. tianum hodie legitur , authoritatem & con-
seque. 63. dīst. sensum imperatoris , qui antè adhibebatur , ipsi for-
tassis non aufert , sed plenam illam potestatem
n.c. cū Aria- arbitrio suo eligendi , quæ Carolo concessa fue-
nus, 63. dīst. rat . Qua tamen in re amplius deliberādum est ⁿ. Hęc ferē ex Gratiano decerpsumus , quibus po-
steriores aliquot constitutiones Romanorum
pontificum addendæ sunt . Vna est Alexandri
tertij: in qua id præcipuum reperitur , quod ele-
ctionem à duabus partibus Cardinalium fieri
necessē est , cùm antea maioris partis sententia
sufficeret ^o . Altera est Gregorij decimi in con-
cilio Lugdunensi , quæ formam electionis præ-
scribit . & disertè ea cautum est , Cardinales ab-
sentes decem dierum spatio tantummodo ex-
p. c. vbi pen- pectandos esse ^p . Tertia est Clementis quinti in
culum, de e- concilio Viennensi edita , quæ pauca Gregoria-
lect. in 6. næ addidit constitutioni , non multum digna-
q. cle. ne Ro- quæ hic referantur ^q .
mani, de elc-
gio.

An concilium oecumenicum beneficia con-
ferat , & an ei subsit Romanus pon-
tifex . Cap. 2.

Traetatur quæstio , an synodus oecumeni-
ca , siue ut loquimur , concilium vniuersale Eccle-
siae , beneficia possit conferre . Questionem facit ,
quod

quod pontifex Romanus, cui hoc ius competit, subesse dicitur cōcilio, & eo inferior esse. Quod an verum sit, ante omnia discutiēdum est. Et videtur hoc imprimis iuri diuino consentaneum esse, vt Ecclesia quam representat synodus, potestatem omnimodam habeat, vtque pontifex se ei subiectum agnoscat. Non enim vni Petro, cuius dicitur successor pontifex Romanus, data est à Chtisto potestas ligandi & soluendi, sed toti Ecclesiae ^{a.}. Quanquam inficias non eo cæ- ^{a. Matth 18.}
teris apostolis eum præpositū fuisse. Hinc tem- ^{c. quodcūque.}
poribus apostolorum, quoties ordinandus fuit ^{24. q. 1.}
aliquis, siue episcopus, siue diaconus: vel aliquid
decernendum, quod ad Ecclesiam pertineret,
nunquam id sibi sumpsit Petrus, sed toti Eccle-
siae permisit. Illud fuit in eo præcipuum, quod
cæteros conuocare tanquam princeps aposto-
lorum, & de his quæ agenda forent, apud eos o-
rationem habere solitus fuit ^{b.} Sicut hodie apud ^{b. Acto. cap. 2.}
nos curiæ parlamentaris præses senatum cogit, ^{6. 15.}
primus in senatu, cùm opus est, verba facit, mul-
taque alia exequitur, quæ præstantiam quādam
personæ quam gerit facilè ostendant. Non ide
tamen maior aut superior tota curia est, nec po-
testatem in vniuersos Senatores, aut contra eo-
rum iudicia quicquam decernēdi habet. Quin-
imo ipsius curiæ, cuius caput esse præses dici-
tur, de cōtrouersiis omnibus iudicium est, non
præsidis. Adde quod curia in ipsum, si res exi-
gat, vt in quemuis aliū ius dicit, & animaduer-

DE SAC. ECCL. MINIST.

tit. Et hęc quidem olim ita se habuerunt. Verūm
nescio quo modo tandem factum est, vt summū
in omnes Christianos imperium vni sit tributū,
vtque legibus omnibus, canonibusque synoda-
libus imperatorum exemplo solutus sit. Nam
Paschalis decretali epistola cautum exp̄essumq;
est, nulla cōcilia Romanae Ecclesiæ legem præ-

c. c. significati. de elec̄tio.
d. c. ideo. 25.
q. 1.
e. Panormit. in prima sua-
rum questio-
nun, & in
tractatu de
concl. Basil.

f. c. Anasta-
sius, 19. distin.
c. si papa. 40.
distinct.
g. tit. de po.
fa. con. in
prag.

h. lib. 5. c. 9.

figere posse. & in decretis quibusdam tynoda-
libus Romani pontificis excepta reperitur au-
thoritas. Quæ varietas diu magnam in Eccle-
sia perturbationē dissensionēmq; peperit. Sed
Constantiensis synodus hanc dirimere voluit
controversiam, statuītque in iis, quæ ad fidem
religionēmq; pertinent, aut Ecclesiæ tam in
capite quam in membris constitutionem & re-
formationem, concilio pontificem subesse, cīq;
obtemperare oportere. Id quod veteribus qui-
busdam canonibus satis conuenit f, & synodo
Basilensi posteā confirmatum est g. Ut igitur
ad propositam questionem redeamus, nec ius
quo nunc utimur, nec mores, qui vt Plautus ait,
optimas leges perducunt aliquando in potesta-
tem suam, videntur permettere, vt synodus uni-
uersalis beneficiorum conferendorum potesta-
tem sibi vindicet, cūm episcopatus distincti sint,
& certis personis hęc potestas attributa. Nec ve-
terum exemplo carere videtur usqueaque hęc
sententia, cūm Theodoritus scribat h, Nectariū
in concilio generali episcopum Constantinop-
ordinatum fuisse, sed non sine clericorum om-

nium ciuiumq; approbatione. Ac tametsi non
inuitus fatear autoritate Romani p̄tificis sy-
nodum conuocariⁱ, quod ex Eusebio, Socrate, *i. c. multis, 17*
Theodorito, ceterisque scriptoribus ecclesiasti-
cis discere licet, id tamen parum ad rem perti-
nere existimo, multumque ab iis dissentio, qui
in eo firmamentum suę opinionis constituunt.
Non enim h̄c querimus an pontificis totiusque
synodi cōsensu facta collatio valeat nēcne, quod
indubitatum est, sed an quod synodus de ea re
decreuerit, vel maior pars synodi etiam dissen-
tiente pontifice ratum sit.

De legato romani pontificis. Cap. 3.

Quanuis Romanus pontifex, vt iam diximus,
concurrat cum omnibus ordinariis in benefi-
ciorum collatione, legatus tamen ipsius in pro-
vincia sibi commissa eodem iure non vtitur, ni-
si sit Cardinalis. Nam si p̄tifex ex collegio car-
dinalium aliquem sibi legauerit, qui vulgo lega-
tus à latere dicitur, hoc pr̄eūtionis siue occu-
pationis ius ei competit^k. Potest & beneficia *l. c. 1. de of-*
nondum vacantia referuare certæ personæ, ita *fie. leg. in 6.*
vt secuta, deinde vacatione ordinarius ea con-
ferre non possit^l. Ad beneficia tamen vacatu-
ra ius concedere ei non licet^m. Nam mandata *l. c. pr̄fensi,*
quibus hoc ius tribuitur, odiosiora sunt reser-
uationibus, & maiorem captandæ mortis alie- *de off. lega. in*
næ occasionem pr̄ebent. Reseruatio enim non *6.*
m. c. dilectus, *de pr̄aben.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

impedit, quo minus vacans postea beneficium,
ab eo qui reseruauit, cuius pro ipsius arbitrio cō-
^{a. glos. in c. i.} feratur^a. Sed notandum est beneficia quædam
de off. leg. i. 6. esse, in quæ legatus quanvis Cardinalis sit, nullū
ius habet. Cuiusmodi sunt ampliora beneficia
ac dignitates, de quibus in quadam constitutio-
ne loquitur Bonifacius^b. Item beneficia ad pa-
<sup>b. c. de libera-
tione, de offic.
lega. in 6.</sup> troni laïci præsentationem spectantia^c. Nam pa-
tronii clerici alia causa est^d, ut suo loco demon-
strabimus.

^{e. c. dilectus,}
^{de off. leg. in}
^{antiq.}

*De episcopis cæterisque, qui ordinarij col-
latores dicuntur. Cap. 4.*

Beneficiorum collatio non nisi extra ordi-
nem Romano pontifici competit, ut iam dixi-
mus. Nunc videndum de iis, qui ordinario quo-
dam iure beneficia conferre possunt. Quia in re-
^{a. c. i. de elect.} sic distinguendum videretur. Quoties vacat epil-
<sup>b. c. cùm di-
lectus, de ele.</sup> copalis sedes, collegium eius Ecclesiæ futurum
^{c. antiqua, de} episcopum eligit^e, quam electionem confirmat
privileg.
^{d. c. vit. 16. q.} Metropolitanus^f. Idem obseruatur in Metro-
^{e. c. abbatem,} politani ipsius electione, quem ab vniuersis col-
^{18. q. 2.} legis electum confitmat Patriarcha, sicut &
^{f. c. ea nosfi-} patriarcham ipsum confirmat pontifex Roma-
^{g. c. cum que}nus^g. Non dissimilis est causa abbatis. Is enim
^{f. c. ea nosfi-} à monachis eligi^h, & ab episcopo confirma-
^{g. c. cum que}ri soletⁱ. Præbèdas autē Ecclesiæ cathedralis, ac
<sup>f. c. ecclesia Vul-
garia, de ele-
ctio.</sup> dignitates eiusdē receptius est ab episcopo con-
ferri, sed totius collegij ecclesiastici consensu
accedente, nisi cōsuetudo contraria ostendatur^j.

In

In ecclesiis verò inferioribus, quæ collegij nomine & titulo insignitæ sunt, præsentatio quidē ad prælatum collegiūmque ipsius Ecclesiæ pertinet, sed episcopi tanquā superioris est institutio^s. Cetera beneficia quæ nomine collegij non censentur, cōfert episcopus, sed in hac collatione cleri collegiique consensus siue cōsilium requiritur^b. Et notādum est simul atque quis electus est & cōfirmatus, ius beneficiorum conferendorū ei competere, licet nondum consecratus sitⁱ. Quod adeò verū est, ut ne inductio quidem vlla in possessionē sit necessaria, nisi beneficium ab alio prius occupatum sit^k. Sed & sine confirmatione vlla interdum hoc iure vti potest: veluti si episcopus aliquis cis Alpes electus sit, cuius cōfirmatio à Romano pontifice pendeat. Nam interim ei deneganda non est administratio, si totius collegij suffragia meruerit^l. Itē Antistita monialium post electionē statim administrare incipit^m. De fiduciariis antistitibus, id est, quibus velut fiducia contracta, commendantur Ecclesiæ moribus nostris, lib. V. dicemus.

De curatore dato episcopo, quem vulgo coadiutorem appellamus. Cap. 5.

Cūm episcopus ob morbum animi vel corporis, aliám ve huiusmodi causam fungi munere suo nō potest, durū inhumanūmque visum est, eū episcopatu suo deiicere, sed ne Ecclesia pastore

I iiii

<sup>g.c. nullus, 16
q.7. not. in. d.
c. cū ecclesia.</sup>

<sup>b. c. nouit. c.
quanto, de his
præla.</sup>

<sup>i. c. nosti. c.
transmissam.
c. qualiter, de
elect. c. attari-
tiaz. cod. tit. in
6.</sup>

<sup>lz. c. cum qui,
de præb. in 6.
l. c. nihil, de
electio.</sup>

<sup>m. c. indem-
nitatibus. §. si
verò, de ele-
ctio. in 6.</sup>

DE SAC. ECCL. MINIST.

destituta maneat, datur ei adiutor atque dispen-
sator rerum ecclesiasticarum, quem nos & cu-
rаторем possumus appellare. qua de re multa le-
guntur apud Gratianum". Huius rei exemplum

n. 7. q. 1.

e. lib. 6. eccl. h. s. c. 9.

est apud Eusebium de Alexandro, qui adiutor
datus est Narciso Hierosolymorum episcopo,
quod is iam senio fractus pontificis munia obi-
re non possit. Et conuenit inter omnes, si quasi
non sanæ métis homini datus sit huiusmodi cu-
rator, cum posse beneficia conferre, quia plenā

p. l. inter bono administrationem habet & incertum est, an
rum, de admi & quando episcopus ad sanitatem mentis reuer-
tut.

q. l. ambi qui-
tatem. C. de
vfr.

f. glos. pragm. t. tit. de collat.
f. l. in copulâ-
dis. C. denup.

sum ipsum pertinere". Idque exemplo minoris,
qui sine autoritate sui curatoris contrahit ma-
trimonium f. Sed mihi videtur alia causa esse
matrimonij quam beneficiorum collationis.

Nam curator minoris rerum ipsius tantum ad-
ministrationem habet, non etiam personæ. ita-
que mirum non est, si in nuptiis contrahendis
minime requiratur eius consensus. Cum autem
generaliter datur hic curator, rerum ecclesiasti-
carum dispensationem siue administrationem
habet". Itaque non video cur beneficiorum cō-
ferendorum facultas hac generali concessione
non contineatur. Fateor tamen hoc casu æquum
esse ita curatorem dari ab initio, ut episcopo li-
bera

t. c. quænis. 7.

q. 1.

bera conferendorum beneficiorum facultas re-linquaret: aliisque huiusmodi salua ei maneant, quorum executionem morbus senectusve non impedit. Sed de his alibi copiosius^{v.}

De collegio ecclesiastico vacante sede epi-scopali. Cap. 6.

Paulo antè diximus collationem beneficio-rum iure quodam ordinario ad episcopum spe-ctare, nisi mentis compos non fuerit, &c. Nunc queritur mortuo episcopo, & vacante sede epi-scopali, quis possit beneficia cōferre. Et iure cau-tum est collegiū ipsius Ecclesiae, quod vulgo Ca-pitulum appellatur, interim conferre non posse, sed collationem futuro episcopo integrum re-linqueredebere^{a.} Quod est accipiendū, nisi col-latio ad collegiū ipsum cum episcopo commu-niter pertineat. Hac enim communio efficit, vt deficiente uno potestas cōferendi ad alterū de-voluatur^{b.} Potest sanè collegiū electiones cōfir-mare, & presentatos à patronis instituere^{c.}, quo-niā ea res futuro successori non adeò grauis est, vt beneficiorū collatio. Nam tametsi beneficia principaliter cōferātur, vt ecclesiis cōsulatur, nō personis, tamen episcopus cui vult gratificatur conferendo, & ita viros probos sibi conciliat, ac deuinētos reddit, adeò vt collatio beneficiorum in fructibus ipsius episcopat^{d.} numerari soleat^{d.}

Receptum quoque est interim dum vacat epi-scopali.

*v. tit. de cler.
egrot. in 6. c.
grādi, de sup.
neg. prēlat.
in 6. c. .is
cui. de eleēt.
in 6. c. ve-
nerabili, de of-
fi. deleg. in an-
tiq.*

*a. c. 2. ne fede-
vac.*

*b. co. tit. in 6.
c. c. cum olim,
de maio. et
ob.*

*d. not. in d. c.
cum olim.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

Scopatus licere collegio Ecclesiā cōmendare, &
viro idoneo administrationem cōcedere, donec
^{e. not. in d. c.} eligendus episcopus ministrum pastorēmque ei
cum olim, & ^{c. bona, de ap} præfecerit^a. Illud animaduertendum est quan-
uis collegium ecclesiasticum beneficia non cō-
pel.
^{f tit. de maio.} ferat, ea tamen quæ iurisdictionis sunt expedire
^{& ob. in 6.} & exequi posse f.
^{not. in d.c. cū}
^{olim.}

De propontifice, qui Vicarius appellatur. Cap. 7.

Certi iuris est vicarium generalem episcopi
^{g.c.vlt.d.off.} beneficiorum conferendorum ius nō habere ^{s.}
vica. Poteſt tamen ſpecialiter ea facultas ei concedi
^{b.not.in d.c.} ab epifcopo, nec cuiquam alij qui vicarius gene-
ralis non fit^b. Quo caſu beneficia vacantia qui-
buscunque personis idoncis recte cōfert, preter-
^{vlt.c. de libe-} quam ipſi epifcopo, cuius vice fungitur^c. Cūm
raſiōe. §. vlt.
de offi. leg. 4.
in 6. c. ſatu-
rum, de prab.
eo. /ib.
i.c. 2. de conf.
in 6.
l.c.vlt.de iſt.
m l. itē eorū
ff. quod cum
vni. vo.
n.c.ex freque
tib. de inſtit.
c. dilecto, de
prab.

ter dantē ac recipientē beneficiū nihil intereſſet,
quod absurdum videtur^d. Verūm si vicarius qui
potestatem ſubſtituendi ab epifcopo accepit, ali-
quem ſibi ſubſtituerit, non prohibetur ſubſtitu-
tus vicario beneficium confeſſare, cūm ab epifo-
po magis quām à vicario ſubſtitutus intelliga-
tur^m. Quanuis autem beneficia non confeſſat
vicarius generalis, conſirmare tamen electos &
præſentatos à patronis inſtituere poſſe creditur.
" Tractari ſolet an epifcopus vicario ſuo certi
tantum beneficij confeſſandi facultatem conce-
dere poſſit. Quod dubitationem nō habet, ſi de
beneficio

beneficio iam vacante loquamur. Sed si nondū vacet beneficium, vulgo traditum est hanc facultatem ne vicario quidem concedi posse ^{o. c. cōstitutus,} ne fraus fiat Lateranensi concilio, quo beneficiorum nondum vacantium collatio tanquam inducens votum captandæ mortis alienæ prohibetur ^{p. c. nulla, de conc. præb.}

De conductore.

Cap. 8.

Conductor redditum obuentionūque episcopaliū, an possit beneficia conferre quæsituū est. Solent enim antistites nostri temporis nouo more ac veteribus incognito, inumeris sui vacatione impetrata ecclesiarum sibi creditarum redditus omnes fruendos locare, ut lib. VIII. dicimus. Et videtur non posse, cum id ne vicario quidem ipsi licet, ut suprà diximus. Ius tamen præsentandi habet, ut ex Alexándri rescripto colligitur, quod nōnulli interpretatione ita restrinquent, ut de conductione ad non modicum tempus facta intelligatur ^{q.}

*g. c. ex literis,
de iure patro.*

De possessore.

Cap. 9.

Qui ius non habet conferendi beneficia, si bona fidei possessor sit, nihilominus conferre potest. Quod adeò verum est, ut ea collatio proprietarij ipsius collatione prior habeatur ^{r.} Nam collatio beneficiorū, ut antè admonuimus, fru-

*a. c. cum oīm,
de cau. poſſ. c.
querelam, de
elect. c. cōſul-
tationibus, de
iure patro.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

Etuum pars esse intelligitur: & constat bona si
b. §. si quis à dei possessorem fructus consumptos lucrari.^{b.}
non domino, Proinde si malæ fidei possessor contulerit bene-
inst. de re di-
uis. c. grauis,
de reddit. spol.
ficium, irrita est ea collatio. Et quorundam sen-
tentia est, hoc casu collationem à proprietario,
qui non possidet, factam valere. Sed opinio co-
traria verior est, cum propria autoritate inua-
c. c. in literis, forem spoliare non debuerit.^{c.}

de refl. spo. Pa

nor. in d. c. cō-
sultationib.

Sequestrum beneficia conferre posse: & obiter explicati
duo loci, qui inuicem pugnare videbantur, Iuliani
scilicet & Florentini iureconsultorum, aduersus a-
liorum sententiam. Cap. 10.

Quæstio est controuersi iuris, an sequester
beneficia conferre possit. Sequestrem vocamus
cum apud quem res controuersa deponitur, ut
finita lite & controuersia, restituatur victori.^{d.}
d.l. sequester,
de verb. sig. l.
ei apud quæ.
l. propriè. l. li-
cet, depos.
e. Innocet. t.c.
examinata, de
iud. Fel. in c.
cum Bertol-
dus, de re iud.

Et probabilius mihi videtur eorum opinio, qui
existimant eum conferendi ius habere^e, non
quod possideat: nam & possessor esse, & non esse
potest. Qua de re magna est inter iuris Doctores
contentio, nec satis conuenit quando possidere
dicendus sit. Ego autem ita sentio, si ea mente
sequestratio fiat, ut ipsa possessio, de qua existit
controuersia, dimittatur, sequestrem posside-
re, aliàs custodiam rei tantum ei commissam vi-
deri. Sed si incertum sit, qua mēte id factum fue-
rit, possessionem in eum translatam minimè in-
terpretabimur: id quod ex Iuliani verbis apertis-
simè

sicut colligitur ^{f.}. Nec me mouet quod Florenti-
 f. l. interesse,
 nus scribit^s. Rei depositæ proprietas apud depo-
 de acquiren-
 nentem manet, sed & possessio, nisi apud seque-
 poß.
 strū deposita est. Nam tunc demū sequester pol-
 g. l. licet, de-
 sider, &c. Quibus verbis significare videtur se-
 possideat. Hęc enim verba non recte meo iu-
 possebat. Hęc enim verba non recte meo iu-
 dicio ab interpretib^v vulgo accipiūtur, sed mihi
 videtur is sensus esse, rei depositæ possessionem
 apud deponētē manere, nisi ipsa possessio depo-
 sita est, id est, nisi res animo dimittēdē possessio-
 nis tradita est, vt Julianus ait^b. Nā deponere ver-
 bū dimittere significat, vnde imperiū deponere, effe.
 b. d. l. inter-
 magistratum deponere, & similes locutiones. Et
 Vlpianus cap. 34. de acquirē. poss. deponere pos-
 sessionē dixit eodē sensu: Animo, inquit, depo-
 nere & mutare possessionē nos posse Celsus &
 Marcellus scribunt. Cui interpretationi mirū in
 modū cōgruunt & sequētia eiusdē Florētini ver-
 ba: Nam tunc demū sequester polsidet, id est, eo
 tantū casu possidet sequester, cū possessio apud
 ipsum dimissa depositaque est. Et subiicitur ra-
 tio: Id enim agitur ea depositione, vt neutrius in-
 terim possessionis tempus procedat. Dixerit ali-
 quis: Nihil ergo opus erat sequestri mentionē fa-
 cere, sed generaliter excipere sufficiebat nisi de-
 posita est possessio, id est, dimissa. Respondeo se-
 questri mentionē ideo factā esse à Florent. quod
 penes depositariū nō soleat possessio dimitti, ni-
 si sequester sit. Ut igitur ad propositā quæstionē

DE SAC. ECCL. MINIST.

teuertamur quanuis sequester fortassis nō possideat, cū nihilominus beneficia cōferre posse arbitror. Nemo siquidē inficiari potest, qui administrationē habeat nō temporaliū modō, sed etiā spiritualiū². Itaque fructuū collectio ad eum pertinet, in quib^o & beneficiorū collatio numeratur. Adde quod vtilitas exigit, vt primo quoq;

i.ecl. de seq. pos. Iz. c. ne pro de tēpore ecclesiis vacātibus prouideatur⁴. Nō obstat huic sententiæ quòd fruct^o rei sequestrat^e debet restitui victori, quos sequester cōlumere hīc videtur¹.

L. cle. de seq. pos. Nam id accipiendū est de fructib^o, qui cōseruari possunt: at collationē beneficiorū differre, donec finē accperit cōtrouersia, fauor Ecclesiarū nō permittit, nec vlla est alia horū fructuū restituendorum ratio. Taceo quòd tametsi viros bonos cōferendis beneficiis demererit fruct^o nō exiguis mérítō habeatur, quo nō temerè quen-

m. glof. c. cum olim de ma. & obed. quā priuari oportet³, nimis tamē p̄fraetē hoc ius defendere haud scio an sacerdotem deceat:

suspicionē certē πλεονεξίας cuiusdam, atque adeo turpis quaestus effugere vix potest, qui tanti hoc ius facit, vt pro eo sibi asserēdo tanquam pro redditu quouis commodōque pecuniario dimicandum putet Nihilomagis obstat quòd sequester nomine tantū alieno administrat, & creditori similis videtur, quem cōstat ob ius patronatus, quod cū vniuersitate ei obligatū est, p̄sentare ad beneficiū obtinendū nemine posse⁵. Cessat thoidus, de re enim hīc ratio, cui^o ante meminimus, cū patrind,

nus, idémque debitor interim p̄sentare queat, nullus

nullus autem litigatorū, quandiu res sequestrata est, eius rei nomine quicquam exequi potest.

Ius conferendorum beneficiorum in Gallia regem habere, & unde id ius quod Regalia dicimus, ortum habuerit.

Cap. II.

Quædam sunt in Gallia cathedrales seu episcopales Ecclesiæ, quibus rectore pastoréque deputatis, si quæ beneficia interim vacauerint, dum aliquis in demortui pontificis locum suffectus fuerit, rex noster iure suo, sed certo quodam modo ea confert ac distribuit. Nam quæ beneficia Pontifex ipse viuis ac superstes conferret (exceptis, quæ parochiales dicuntur, ecclesiis) eorum collatio interim principis est. Idq; ius Regalia vulgo appellatum, singularia quædam præcepta habet: dc quibus variis in locis huius tractatus nostri differemus ^{a.}. Nec dubitandum est, quin hoc ius regi competit, saltem ob temporis vetustatem, quæ hominum memoriam excedit ^{b.} Sed quia collatio beneficiorū res sacra spiritualisque esse dicitur, ideoque à laïcis prophanisque hominibus aliena ^{c.}, sunt qui hanc consuetudinem ex errore magis, quam ratione profectam esse cōtendant ^{d.} Cuius opinionis refellendæ gratia non dicā quod Marsilius Patauinus ante annos ducentos ad Ludouicum IIII. Imperatorē Romanorum scripsit, nempe beneficiorum distributionem rem omnino prophanam tempora-

*a. c. generali,
de elect. in 6.
glos. pragm.
tit. de annat.*

*b. c. i. de præ-
scr. in 6.*

*c. c. decerni-
mus, de iisd.*

*d. Archid. in
c. imperium,
10. distin.*

D E S A C . ECCL . MINIST .

lémque iudicádam esse, quæ principibus ac ma-
 gistratibus prophanis magis quàm episcopis cō-
 ueniat. Quæ res fortè quondam ex regibus no-
 stris nonnullos impulit, vt proceres ac milites
 prophanos monasteriis p̄ficerent, eisque mo-
 nasteriorum opes fruendas largirentur. De qui-
 bus ita scribit Æmylius^{e.}, Summi proceres pro-
 rolo Simpli-
 ce.
 e.lib. 3. in Ca-
 rolo

phani locupletissimorū cœnobiorum opes be-
 neficio regum acceperant, ac monachis tantum
 in sumptum suppeditabant, quantum necessa-
 riū usus postulabat ex eisque ipsi deligebāt, qui
 non Abba (nam id sibi nomen velut amplissimū
 arrogabant) sed decurio vocitaretur. Per multas
 ætates is mos tenuerat, iam episcoporū iura in-
 uadebant. Simplex coacto concilio diuitias pō-
 tificum sanctas esse constituit. Cœnobiorum li-
 bertas sanciri nondum poterat, quod eorum fa-
 cultatibus Robertus magister equitum ac Vgo
 fratres militem alebāt, ac iam cum factionis suæ
 hominibus ad occupandum regni ius eniteban-
 tur. Idem lib. V. Cœnobiorum opes prophanis
 proceribus attributas in Francia, ostēdimus. Ro-
 bertus Francus rex eum motem soluit. Henricus
 rex paternę sanctitatis ea in re fuit emulus. Quā-
 uis igitur beneficia ecclesiastica Marsilius non
 minus prophana esse censuerit, quām quāuis a-
 ha prædia, & reges Franciæ prophanis homini-
 bus ea erogare non dubitauerint, tamen nec ra-
 tione, nec exemplis huiusmodi ius Regaliorum
 tueri velim. Illud dicam quod lib. i. iam attigi,
 &

& cuius mediocriter docto homini , facile me probaturū spero, in his Regalib⁹ nihil esse, quod à Christi apostolorūmque doctrina, & veterum Ecclesiæ patrum canonibus & institutis magis discrepet, quàm in pontificia beneficiorū collatione. Nam si ad priscorum institutorum normā omnia exigere velimus, nullū est in Gallia beneficium, nullum Ecclesiæ ministeriū, quod absque regis consensu cuiquam deferri possit. Constat enim secundum veteres canones in eligēdis Ecclesiæ ministris nō solūm cleri, sed etiam populi consensum maximè requiri. Idque ab apostolis etiam ipsis obseruatū fuisse posteā docebimus lib. V. Cūm igitur princeps nō modò vnum ē populo, sed totius populi κορυφαῖς sit, in quem omne ius quod populus habet , aut potest habere, transfusum est, satis liquet veteribus canonibus hoc ius ei ablatum non esse. Adempta siquidem populo ob tumultus fortè ac seditiones eligendi facultate, magna ratio suadet vt in principes populi ac magistratus , magis quàm in sacerdotes translata ea potestas intelligatur. Dixerit aliquis, principem ius omne quod cleris olim habebat hīc sibi vindicare , adeò vt nullum clero , anti-stribūsque suffragium relinquat. Quod vtique perquām absurdum esse videtur. Nam etsi nominationem illam , qua principes velut ecclesiārum ac monasteriorum patroni , vtuntur, de qua suo loco dicemus , tolerabilem esse fateātur plerique, quod clero suum ius hīc saluū maneat,

DE SAC. ECCL. MINIST.

nulla tamen ratione fieri aiunt, vt plenum ius ministeria beneficiaque ecclesiastica deferendi principes habeat. Verum admonuimus lib. I. ordinationem, consecrationem ac probationem ministrorum Ecclesiae, quae olim cum beneficiis collatione coniuncta erat, regem sibi non arrogare, sed antistitibus liberam omnino atque integrum dimittere. Videant igitur antistites ne vilos ordinent clericos absolutè & sine certa functione in Ecclesia, vt concilio Chalcedonensi præcipitur, cuius lib. I. meminimus, vel ne quam ordinent, qui ministerio Ecclesiae dignus non sit, cui rex eum præficere voluerit. Hoc si facere in animum induixerint, nec paßim quolibet canonibus ecclesiasticis soluere, vt fieri hoc tempore solet, confirmare ausim hoc ius Regaliorum à nominatione illa, quæ fundatoribus patronisque ecclesiarum recepto iure competit, non multum differre. Itaque meritò antistitibus, qui grauiter eo nomine de regibus conqueruntur, obiecti potest vetus proverbum, Δασύπτες κρέαν ἔπιεν με. Ex iam dictis perspicuum est, si vetustissimorum canonum atque institutorum ratio habeatur, principem in omnia Ecclesiae ministeria atque beneficia plurimum iuris & authoritatis habere: tantum abest ut ius Regaliorum, quo nunc vtitur in quibusdam tantum ecclesiis, nulla authoritate aut ratione in mores perductum dici debeat. Posteriora verò decreta Romanorum pontificum, item synodi ecclesiasticae, quantum

tum tegibus ac imperatoribus hac in re tribuat,
vel ex Gratiani rhapsodia satis notum est, ex
qua nos quæ sequuntur excerpimus^{f.} Adrianus ^{f. 63. dist.}
Pontifex Romanus cum vniuersa synodo Ro-
mæ congregata Carolo Magno ius concessit
Romanum pontificem creandi. Præterea sta-
tuit, ut archiepiscopi & episcopi per singulas
provincias ab eo inuestituram acciperent, utque
aliter consecrari non possent^{g.} Nec verò ista
concessio, ut priuilegium aliquod ex mera pôti-
ficiis gratia & liberalitate profectū accipi debet,
si vera sunt quæ antè diximus, sed tanquam ho-
minis ultrò bonam fidem agnoscēntis cōfessio.
Leo pontifex Romanus cum toto clero ac Ro-
mano populo Othoni Imperatori idem ius con-
cessit^{h.} Concilium Toletanū X I I. apertè decre-
uit episcoporū creationē regij iuris esse^{i.} Leo pô-
tifex Romanus quadam epistola Lotharium &
Ludouicum imperatores rogat, ut Reatinæ Ec-
clesiæ gubernationem cuidam diacono conce-
dat^{k.} Apud Gregorium mentio est cuiusdam
monasterij, quod in finibus erat Franciæ, præ-
cipitürque ne abbas in eo absque Régali proui-
sione constituatur^{l.} Possem & alia quædam non
leuiora his testimonia proferre. sed quia volu-
men illud Gratiani ita vulgo probatum est, ut
pars iuris pontificij hodie habeatur, libenter feci
ut authoritatibus ex eo sumptis yterer. Non
sum autem nescius quanta fuerit postea inter pon-
tifices & imperatores quosdam de huiusmodi

^{g. c. Adri-}^{nus ead. dist.}^{b. c. in syno-}^{do, ead. dist.}^{i. c. cum lögē,}^{ead. dist.}^{b. c. Reatinæ.}^{ead. dist.}^{l. c. hinc est,}^{16. q. I.}

inuestituris contentio. Quod vel ex Aemylio re-
 rum Gallicarum scriptore luculéfissimo cogno-
 sci potest. Sic enim scribit lib. V. Dum bellum
 „ sacrum in Asia geritur , & in Europa summus
 „ pontificatus cum imperio Cæsarib[us]que decer-
 tabat, quod vetusta iam consuetudine Augusti
 „ scipionem sacrum annulümque pastoralem epi-
 scopis cæterisque patribus dabant, eamque sa-
 crarum dignitatum vestituram iuráque regia
 „ appellabant, contendebantque illa Carolo Ma-
 gno à pontificè maximo Adriano cum patritia-
 tu , & à Leone cum imperio data penes se esse.
 Idem eod.lib.de Henrico imperatore loquens:
 „ Paschali necesse fuit caput hostis sui corona ex-
 ornare , ac ius sacrarum vestiturarum fando illi
 „ permittere . Discessus Cæsar is pontifex habita
 „ synodo decretum vi factum induxit. Eod. lib.
 „ Vestituræ ecclesiasticæ baculique sacri ac annu-
 li dandi iuri cessit Augustus. Et legatus Roma-
 „ nus in gratiam consortionemque piorum rece-
 pit: & ius litui dandi ea ratione restituit, vt id
 „ priuilegium foret, ac homini datum ad poste-
 ros non valeret , nec exemplo haberetur. Eod.
 „ lib. Philippo primùm ac deinde Craffo regibus
 mirum est, quantum incrementi res sacræ cepe-
 rint . Imprimis abrogatum est ius Cæsaribus lo-
 cupletissima sacerdotia, quibus videretur , dan-
 di , quæ res multum virium illorum maiestati
 detraxit in animis populariū . Causa imperato-
 rum victa, indignatio tamen manebat & quere-
 la.

la. Fuit etiā de ea re cōtrouersia non mediocris inter Philippum Pulchrum Francorum regē & Bonifacium VIII. cuius meminit idem Āemilius lib. VIII. Post tantas igitur , tanque diutinas concertationes, hoc ius, quod Regaliorum appellatur, in sacra beneficia solum retinuerunt reges nostri , & credibile est eos ita decidisse ac veluti transegisse cū Romanis pōtificibus, cūm totum obtinere quod petebant , ipsis non licet. Certè illud ius concilio Lugdunensi primū , cui Bonifacius VIII. præfuit ^{n. c. generali,}, deinde Basiliensi probatum atque cōfirmatum est^{o.}. De hoc autem iure melius erit fortassis pauca quādam obiter subiicere ad forensem vsum necelaria, quanuis ea disputatio ab huius libri argu-
mento paulo alienior esse videatur. Ac imprimis sciendum est, hoc ius non solum in distributio-
ne beneficiorum, sed etiam in perceptione fru-
ctuum consistere. Nam princeps quandiu vacat episcopalis sedes, prædiorum omnium admini-
strationem suscipit , ipsisque arbitrio suo vtitur
ac fruitur: idque existimant nonnulli ex cliente-
larum, seu vt nunc loquimur, feudorum lege or-
tum esse , quod à vero non abhorret. Nec sanè multum refert, quomodo vacet Ecclesia episco-
palis, an morte, an promotione ad aliud munus ecclesiasticū, aliisve modis, de quibus lib. VIII.
tractabimus. De eo qui in cardinalium Roma-
næ Ecclesiæ ordinem & collegium cooptatur,
questio agitari solita est. Verū ex iis quę scripsi-

^{de elec̄tio. i 6.}
^{o. §. itē quod}
^{dic̄to, de an-}
^{nat. in prag.}

D E S A C . E C C L . M I N I S T .

mus lib. i. satis appareat Cardinalis Romani officiū huiusmodi esse, ut alterius ciuitatis episcopo id exequi non licet. Proinde is qui ad eum dignitatis gradum prouehitur, non immerito dicitur episcopalem honorem amittere. Atque ita saepe iudicatum est in curia centumvitali, cuius propria ac peculiaris est de Regalibus cognitio. Ut autem vacare desinat episcopalis sedes, quædam requiruntur, quæ vulgari illa constitutione, cuius initium est, D V M episcopus, disertè expressa sunt. Primum enim nouum antistitem ritè ac legitimè creatum lectumve esse oportet. Deinde cum ut regis clientem iureiurando in ipsius verba adactum esse, & literas regias iuris iurandi huius solennis nomine apud præfecturam ratiociniorum receptas perscriptasque esse necesse est. Hoc amplius aliis literis opus est, quibus præfecti ratiociniorum regio fundorum episcopalium dispensatori mandent, ut nouum antistitem eisdem frui sinat. Nec antea desinit rex iure suo vti, quam administrator ille, seu dispensator huiusmodi literas acceperit. Et quia saepenumero queri solet, in quas episcopales ecclesias hoc ius Regaliorum rex sibi vendicit, apponam hic catalogum, qui apud præfecturam ratiociniorum perscriptus reperitur, in huc ferè modū: In tota prouincia Senonensi, excepta diœcesi Antissiodorensi Regalia locū habet: in prouincia Rhemensi, excepta diœcesi Cameracensi: In prouincia Bituricensi, excepta Lemouicensi,

p Panor. in c.

bono, de post.

pralato.

q. 1361. 20.

Noueb. 1384.

2. Jul. 1363.

20. Januaria.

censi, Caturcensi, Ruthenensi, Albiensi, Mimatensi; In prouincia Turonensi, excepta Maclouiensi, Venetensi, & aliis Britaniae ecclesiis. In archiepiscopatu Burdegalensi solu, non etiā in aliis eiusdem prouincię. De Pictauensi, quia dubitabatur, præcepit rex ut inquireretur, &c. In tota Normania Regalia locū habet. Supereſt ut ex præceptis Regaliorū singularibus quædam hīc perstringamus. Nam omnia persequi nō est huius loci neque instituti. Ac præcipua quidem eorum præceptorum ad vacantia beneficia pertinent, quæ Regaliorum iure rex distribuit, tatisper dum sedes episcopalies vacat. Quæritur enim quandiu vacantia iudicari debeant, ut rex ea cōferre possit. & an ea quæ vacare cōperunt ob mortē, delictum, aut aliam huiusmodi causam ante Regaliorum inceptorū tempus, collato alicui beneficio, vacare desinat. Et receptum est, quanuis beneficium ante id tempus collatum sit à pontifice, si tamen possessio nondum fuerit eo tempore apprehensa, liberum sit regi beneficium ut vacans, arbitrio suo conferre. Dupliciter enim hīc dicitur vacare beneficium. I. Cūm nemini ante tempus Regaliorum ita collatum est, ut ius aliquod adhuc ei quæsitum sit. II. Cūm is cui forte collatum est, non possidet, tametsi iure communis possessionis ratio haberri non soleat. Siue igitur vitroque modo beneficium, siue altero tantum vacet, collatio regis est iure singulari: Idque Philippina cōstitutione nominatim cautū

DE SAC. ECCL. MINIST.

est. Sed & quorundam opinio est, durante lite, quæ possessionis nomine mota est sine fraude, adhuc vacare beneficium, donec vindiciae alterutri adiudicatae fuerint, quanuis fortè quis corpore incumbat possessioni. Secundum quam opinionem iudicatum est, anno 1387. die 18. Ianua. Idemque dicendum putant aliqui, & si quis per procuratorem tantum possessionem beneficij adeptus fuerit. Quia constitutio Philippina verâ requirit possessionem, nec ullam iuris fictionem admittit. Sed hæc sententia scrupulo non caret, ut alias demonstraturi sumus. Adde quod si quis in canonicorum collegium lectus & cooptatus sit, receptio & in possessionem inductio, quæ ab eodem collegio peti solet, adeò necessaria est, ut de ea re collegium appellasse, & omnem diligētiam adhibuisse non sufficiat, ut iudicatum est anno 1380. die 27. Nouemb. Aliud ius singulare in Regalibus reperitur, quia pendente lite possessio quam statum vocant, interim regia liberalitate subnixo adiudicari, nec aduersarius rem cōtrouersam sequestrari postulans audiri consuevit. Quinimo si triennij continui possessionem alleget, ne hac quidē præscriptione regis beneficiarius summouebitur, cui sola XXX. annorū exceptio obstatre poterit, ut Ludouici XII. constitutione fanicatum est. Sed vereor ne cancellos, quos mihi ipse circundedī, iam nimium egredi videar. Itaque finem hīc facio, reliqua paulo cōmodius suis quæque locis explicaturus.

LIBER



LIBER QVARTVS.

Q VIBVS POSSINT BENE-

FICIA CONFERRI.

ARGUMENTVM.

Sequens locus est de personis quibus beneficia possunt distribui, quo nullus est in tota hac disputatione tractatus dignior. Nō enim Isocrati assentimur, qui ad Nicocle scribēs ait: Non sicut sacerdotium, ita & regnum cuiusvis hominis esse, cūm in his beneficiis conferendis, morum, eruditionis, etatis, natalium, coniugij, aliarūmque huiusmodi rerum maximè sit habenda ratio, ne parum idonei ad honores ecclesiasticos promoueantur. De quibus sigillatim in hoc libro differere, & à moribus promouendorum exordiri instituimus.

Quibus præditum moribus, & à quibus vitiis alienum esse eum oporteat, cui beneficiū cōfertur. Cap. I.

N E V M qui ordinandus est, & ad sacrum ministerium promouendus sic inquirendum esse canones præcipiunt, ut morum & vitæ anteactæ potissimum habeantur ratio^a. Nam sicut constitutio imperatoria

a.c. cū in cunctis, de elect. c. si quis viduā, 50. dist. c. qui in aliquo, 51. dist. c. priscis, 55. dist.

DE SAC. ECCL. MINIST.

magistros & professores artiū primū vult ex-
b. I. magistros cellere moribus , deinde facundia ^b , ita à sacer-
C. de prof. & med. C. de prof. dote morum grauitatem & honestatem præci-
puè efflagitamus . Scitum etenim illud est : Qua-
les in rebus publicis principes sunt , tales & reli-
quos solere esse ciues . Quod & ad Ecclesiæ præ-
fectos ac ministros pertinere dubium non est .
Quomodo enim potest , inquit D. Hieronymus ,
præses Ecclesiæ auferre malum de medio eius ,
qui in delictum simile corruit ? aut qua libertate
peccantem corripere potest , cùm tacitus ipse si-
c. c. vlt. 25. bi respōdeat , eadem se admisisse quæ corripit ^c ?
dīst. Sed & aliā rationem affert Iustinianus nostet ^d :
d. noucl. 123. Si hi , inquit , quorum munus est orare pro popu-
lo , indigni ministerio Dei inuerti fuerint , quo-
e. 49. dīst. in pr. modo pro populi delictis placare Deū poterūt ^e ?
Et constat hunc morem iam inde ab initio suis-
se in Ecclesia obseruatum , ut nemo ad sacerdo-
tium seu ministerium Ecclesiæ recipere tur , nisi
publicè in eius mores inquisitione facta . Quod
vel Lamprid. testatur in Alexad. Seuero his ver-
» bis : Vbi aliquis voluisset vel rectores prouinciis
» dare , vel præpositos facere , vel procuratores , id
» est rationales ordinare , nomina eorum propo-
» nebat , hortans populum , ut si quis quid haberet
» criminis probaret manifestis rebus , si non pro-
» basset , subiret pœnam capitis . Dicebātque gra-
» ue esse cùm id Christiani & Iudei facerent in
» ordinandis sacerdotibus , non fieri in prouin-
» ciarum rectoribus , quibus & fortunæ homi-
» num

num committerentur & capita. Ob quæ au-,,
tem vitia arceatur quis à sacro illo ministerio,
Paulus ipse non uno in loco docet ac demon-
strat f. Ex quo ferè sumpta sunt ea quæ diffu- f. 1. ad Timo.
fissimè tractantur à Gratiano, à X X V. dist. c. 3. ad Titum
ad L. Suorum collectaneorum. Ait enim Pau- c. 1.
lus eum eligi episcopum seu presbyterum de-
bere, qui sit *ιηφαλος*, id est vigilans, *σωφρων*, id
est *σοβριus*, *κόσμιος*, id est modestus, *φιλέξενος*, id
est hospitalis, *μὴ πάροιος*, id est non vino dedi-
tus, *μὴ πληκτής*, id est non percussor, *μὴ ἀισχρο-
κερδής*, id est non turpis lucri cupidus, *ἀμαχος*,
id est, à pugna & contentione alienus, *ἀφιλάργυ-
ρος*, id est pecuniae non avidus, *μὴ αὐθαδής*, id est,
hō superbus nec *πρεσβράτης*, id est non
iracundus, *φιλάγαθος*, id est bonarum rerum stu-
diosus, *δίκαιος*, id est iustus, *δόσιος*, id est pius siue
sanctus, *ἐγκρατής*, id est, temperans. Hoc autem
ita accipi debet, non ut episcopus is demum
eligatur, in quo nihil horum vitiorum peni-
tus insit. res enim contra naturam penè est,
(inquit Hieronymus) sine peccato aliquem es-
se, sed egregium & animi dotibus virtutibús-
que præcellentem multitudini esse oportet, ut
eius comparatione (quod idem ait) cæteri greci
dicantur s. Maximè verò illud cauendum est, g. c. unum,
ne quid accusatione judiciali criminatio neque 25. dist.
dignum ab eo perpetratum sit. Quod satis o-
stendit Paulus cū ait eum *ἀνέγκλιτον*, aut quod idē
est, *ἀνεπίλιπτον* esse debere. Et quanquā Paulus in

DE SAC. ECCL. MINIST.

b.c. odit, I. q eo loco de episcopis loquitur, tamen de cæteris
 i. omnibus presbyteris dubium non est, quin ea
 i. c. inter hæc verba accipi debeant, cum eo tempore iidem &
 resim, 24. q. 3 presbyteri & episcopi appellarentur, ut Chryso-
 l. l. si quem stomus & Hieronymus aiunt. De diaconis verò
 quam. C. de seu ministris ecclesiarum, qui presbyteri nōdum
 episc. c. nobis, creati sunt, paulò pòst ita loquitur Paulus, vt fa-
 Clerici, de cilè appareat eum non minorem vitæ integrita-
 paci. tem puritatémq; ab illis, quām à presbyteris exi-
 m. c. fælicis, gere. Hinc à nostris traditum est ob crimen ha-
 de pæn. in 6. reseos^b, schismatisⁱ, ambitus^l, maiestatis^m, sa-
 n. c. venerabi-
 lem, de elect. crilegijⁿ, falsi^o, periurij^p, homicidij^q, & alia
 o. c. ad falsa-
 riorū, de cri. huiusmodi crimina hominem beneficij incapa-
 riorū, de cri. cem reddi. Et obseruandi hīc sunt canones at-
 fal.
 p. c. querelā, que constitutiones, quæ causas continent, pro-
 de iure iur. pter quas amittitur beneficium, de quibus po-
 q. c. accedens, steà aliquanto plenius differemus. Nam ob cal-
 de accusat. c. dem causas multo magis beneficiū adipisci quis
 ad aures, de prohibebitur^r. Adde supradictis eum, cui nota
 æta. & qual. aliqua infamiae inusta est, & cuius apud bonos
 c. vlt. de tēp. ord. & graues viros grauata est existimatio, benefi-
 r. c. vlt. 15. q. cium consequi non posse. Quod & in eo locū
 i. c. super his, habet, qui reus alicuius delicti postulatus est,
 de accus. quanuis fortè damnatus nondum sit^t. Idem de
 f. c. laici. 33. eo est dicendum, cui vel sacra communione, vel
 distin. c. vlt. de furt. officio ministerioque suo interdictum est^u, Hęc
 t. c. vlt. de te- autem omnia sic accipiēda sunt, nisi veniam re-
 sti. c. omnipo- stitutionēq; impetraverit beneficiarius vel à sū-
 tes de accusa. summo pòtifice, cui^v plenissima est in hac re po-
 v. c. postula-
 tis, de cler. ex com. c. cū bona, de eti. & qual. c. cum dilectus de consuet. testas

testas ac libertas: vel ab alio inferiore episcopo,
cui interdum & gratiam canonis facere per-
mittitur*. x.c.2.decler.
non ord. mi-
nist. c. 2. de-
cler. pug. in
duel. vbi not.

*Quarum literarum atque linguarum cogni-
tione instructus debeat esse beneficia-
rius. Cap. 2.*

Imperitis literarum beneficia conferenda nō
esse certi juris est^a, adeò vt irrita censeatur hu-
iusmodi collatio authore Innocentio, quem &
Felinus sequitur^b. Proinde si quis forte literarū
ignarus ad sacrum ministerium obrepłisse de-
prehēdatur, is confessim ab eo remouēdus est^c.
Nam si laicis prophaniisque hominibus doctri-
na necessaria est, in iis profecto qui cæteris præ-
funt & se doctores aliorum profitentur, in-
tolerabilis est, nec ullam veniam meretur insci-
tia^d. Hinc legitur Osee 4. c. Quia tu scientiam
repulisti, ego te repellam ne sacerdotio fungatis
mihi^e. Et Mal. 2. Labia sacerdotis custodiunt
scientiam, & legem exquirūt de ore eius^f. Qui-
bus locis admonentur sacerdotes, vt ignorantia
veluti pestem quādam, vt ait Isidorus, & vt legi-
tur in concilio Toletano, matrem cūctorum er-
rorum à se abiificant^g. Sacerdotis enim partes
sunt, non solum docere verbum Dei, sed etiam
contradicentes refellere, ac vt Paulus ad Titum
scribit^h, πιστούς. Et rationem omni poscenti de
fide sua eos reddere iubet Petrusⁱ. Quæ omnia

 a.c. illiteratos
 36. dist. c. pœ-
 nitentes, 55. di-
 stin. c. cum in
 cunctis, de e-
 lect. c. vlt. de-
 tēp. ord. in 6.
 b. Innocent. in
 c. cum nostris,
 de con. p̄.e.b.
 Feli. in c. per
 tuas, de simo.
 c. c. vlt. de-
 ta. et qual.
 d.c. si in laicis
 38. dist.
 e. c. omnes, 38
 dist. c. nisi cū
 pridem. de re-
 nunc.
 f. c. sit rector.
 43. dist.
 g.c. ideo, 37.
 distin. c. 1. 38.
 distin.
 h. c. 1.
 i. 1. Pet. c. 3.

DE SAC. ECCL. MINIST.

absque doctrina & eruditio[n]e pr[es]tari non pos-
 liz c. qui eccl[esiast]icis, 36.
 sunt, periculum siquidem est, ne si cæc[u]s exco-
 dux fuerit ambo in foueam cadant¹. Verum ad
 l. c. ideo, 37.
 hanc eruditio[n]em sibi parandam, studio, labo-
 distin. c. que
 ip[s]is, 38. dist.
 c. cum sit de
 eta. & qual.
 m. Acto. 22.
 n. 1. ad Ti-
 mot.
 4. ad Titum
 c. 1-38. dist c.
 1.
 o. c. 2. de pri-
 uil. in 6.
 p. c. 54.
 q. c. nulli, 38.
 dist.
 r. c. 1. de con-
 fang. vbi not.
 s. c. super spe-
 cula ne cler.
 vel mo.
 t. l. repetita.
 C. de episco.

sicut, periculum siquidem est, ne si cæc[u]s exco-
 dux fuerit ambo in foueam cadant¹. Verum ad
 hanc eruditio[n]em sibi parandam, studio, labo-
 re, vigiliis, meditatione opus est. Cuius rei quod
 nam locupletius testimonium esse potest, quam
 quod Paulus ad pedes Gamalielis legem & pro-
 phetas se didicisse testatur²: quodque Timo-
 theum ac Titum ad studium & lectionem tan-
 topere hortatur & stimulat³? Qua ratione con-
 stitutum est, ut beneficiarius studiorū causa ab-
 sens integros sui beneficij fructus percipiat⁴.
 Nec nos mouere debet quod nostræ religionis
 Coryphæi literas non didicerint, cum opinia
 spiritus sanctus ipsi suggereret, ut ait Hierony-
 mus, essentq[ue]; ut loquitur Esaias⁵ Theodidacti.
 Nec verò sacras tantu[m] literas, id est, vetus & no-
 num Testamentu[m] intelligere sacerdotem opor-
 tet, sed canones quoque qui dogmata & disci-
 plinam ecclesiasticam continent, nosse debet⁶.
 ac præsertim episcopus, cui ad dirimendas de ma-
 trimoniis aliisque huiusmodi negotiis contro-
 uerrias canonici iuris scientia perquā necessaria
 est⁷. Alia causa videtur esse iuris ciuilis, cui⁸ stu-
 diu[m] beneficiariis quibusdam Honori[u]s tertius
 p[ro]totifex interdixit⁹. His etenim opprobriu[m] est,
 inquit Iustinia. si peritos se velint ostendere fo-
 rensum disceptationum¹⁰. Si tamen ius ciuile
 sacerdos velit legere, non vt in foto veretur, &
 causas agat, sed vt ex illo æQUITATIS iustitiaque
 vber.

vbetrimo fote aliquid hauriat ac degustet, quod ad professionem suam conferat, minimè id improbandum reor Nam vt de illo doctrinarū orbe taceam, qui à Græcis ἐγκυλοποιεῖται dicitur, ius canonicum siue pontificium saltē id, quo nunc vtrinque magna ex parte cum iure ciuili coniunctum est, vt absque eo cōmodē tractari nequeat. Quæ ratiō fortassis mouit Alexandrū cum tota synodo Lugdunēsi, vt nō modo iuris ciuilis studium permitteret beneficiariis, sed vacationes quoq; & immunitates studiosis largiretur ^{v. c. 2. de pri-}. De Honorio sanè nobis affirmare religio est, quod ^{vileg. in 6.} iuris pontificij interpres Goffredus Beneuentanus in literas retulit, ignorantiam iuris in pontifice notans, nempe Honorium nō aliter ac vulpem fecisse, quæ cùm vuas proceræ cuiusdam vitis decerpere frustrā diu conata esset, tandem eas contempnit ac damnauit, quod sibi acerbiores viderentur. Alhusit opinor ad illud Gabriæ poëtæ Græci tetraстichum:

κερδῶ βότρως βλέποσθε μακρὰς ἀματέλῳ
πρὸς ὕψος ἥρτο, καὶ καμῆσσε πολάνις
Ἐλέην, ἀπτῆπε πήσος δὲ ἑαυτὸν ταῦτ' ἔφις
μὴ κάμνε, φαγὲ διαφανίζον μάλα.

33

33

33

Verūm de his iam plus satis. Studium medicinae, seu vt loquuntur, physicæ eadem Honorij constitutione nō aliter ac ius ciuile prohibitum est. Nā medicos rudi illo seculo physicos fuisse appellatos multis testimoniis argumentisque ^{x. c. ad aures,} de æta. ^{et} compertum habemus*. Videndum tamen est qual.

DE SAC. ECCL. MINIST.

meo iudicio quorsum hoc medicinæ studiū amplectātur, ut de iure ciuili diximus. Quod enim præfatur Honorius de amplificando theologicæ studio, satis ostendit constitutionem de his accipiendam non esse, qui eo consilio student medicinæ, ut theologiam cōmodius ac fœlicius tum discere, tum docere queant. Constat enim plurimum commodi atque ornamēti ex medicina, sicut & ex reliqua philosophia, theologicæ studio accedere posse. Ut mittā quod Galenus doctrinam anatomicam theologie initium esse scribit, & aditum ad agnitionē Dei. Id quod satis probasse videtur synodus Basiliensis, quæ professores medicinæ à sacris beneficiis minimè arcendos esse voluit^a. Ac ut summatim omnia complectar, nulla est liberalium disciplinarum, quāuis fortè ethnicorum libris contineatur, quæ sacerdoti admodum utilis ac necessaria non sit, si modū in ea re adhibeat, & ad eum, de quo iam dixi, scopū studia sua conferat^b. Qua de re Basilius magnus in homilia, cui titulus est, De utilitate capienda ex Gentilium authorum libris, copiosissimè differit. Nec aliter veteres illos patres sensisse verisimile est in synodo Carthag. cū episcopo præcipiunt ne gentilium libros legat:

*a. tit de collat.
§. insuper. in
prag.*

*b. c. turbat,
37. disf.*

c. c. i. 37. disf.

*d. c. inter cæ-
tera, de offic. ad docendum, id enim est episcopi munus præ-
cipuum^d. At docere & explicare cōmodè non
potest,*

potest, qui in veterum authorum lectione diu
versatus magnam ac variam doctrinam sibi non
comparauerit. Quamobrem Julianus imperator,
qui dictus est Apostata, quod à religione Chri-
stiana defecisset ad Hellenismum, scholas Grā-
maticorum, Rhetorum, ac Philosophorū Chri-
stianis, quos Galilæos vocabat, interdixit, futu-
rum sperans ut absque liberali eruditione reli-
gionem tueri suam non possent. Author est A-
mianus Marcellinus^e. Et Theodoritus^f his cum ^{e. lib. 22.} &
verbis usum fuisse refert: Propriis pennis confi-^{25.}
gitur. ex nostris enim libris arma capiunt, qui-
bus in bello aduersus nos tantum^g. De peregrini-
nis linguis, quibus theologiæ fontes continen-
tur, extat Clementis V. constitutio in concilio<sup>f. ecclesiasticæ
historiæ lib. 3.</sup> Tripoli^h Vien. edita, quæ nemini non iuris pontificij<sup>g. Vide eundem
lib. 4. c. 29.</sup> studio^{i. lib. 6. c. 17} hodie nota est^b. Et Augustinus in b. de. 2. de
quadam epistola: Ut veterum, inquit, libro-^{mag.}
rum fides examinanda est, ita nouorum veri-
tas Græci sermonis normam desideratⁱ. De i. c. vt veterū,
libris ethnicorum pulchre loquitur Beda, cu-^{9. dist.}
ius verba hinc subiecimus: Turbat acumen le-
gentium, & deficere cogit, qui eos à legendis
secularibus libris omnibus modis existimat pro-
hibendos, in quibus si qua inuenta sunt vtilia,
quasi sua sumere licet, alioqui Moses & Da-
niel sapientia & literis Ægyptiorumque Chal-
daeorumque non patarentur erudiri, quorum
tamen superstitiones simul & delicias horrebant.
Nec etiam ipse magister gentium aliquot versus

DE SAC. ECCL. MINIST.

poëtarum suis vel scripturis vel dictis indidisset.
lz.c. turbat. ¶ Sed, ut iam admonui, etiam atque etiam vidé-
37. dist. dū est, ne huiusmodi Sirenes ab instituto itine-
re nos auertant, & rō πάρεππον, vt est in proverbio,
» ἔργον fiat. Si quis (inquit Hieronymus, enarrans
» epistolam ad Titum) artem nouerit Grammati-
» cam vel Dialecticam, vt recte loquēdi rationem
» habeat, & inter falsa & vera diiudicet, non im-
» probamus¹. Idem alibi, Nonne vobis videtur
l. c. si quis ar- in vanitate sensus & obscuritate mentis ingre-
te, 37. dist. di, qui diebus ac noctibus in dialectica arte tor-
quetur? &c^m. Et Gratianus refert à Gregorio
m. c. nonne, quondam episcopum reprehensum fuisse, non
37. dist. quia seculares, vt vocant, literas didicerat, sed
n. c. turbat, quia contra episcopale officium pro lectione
37. dist. euangelica grammaticam populo exponebatⁿ.
o. Nouel. 6. Quæ haec tenus à nobis dicta sunt de beneficia-
& 123. riorum eruditione, ea de episcopis accipi volu-
mus, & cæteris animarum curatoribus, quorum
munus in docendo consistit. Nam cæteri cle-
rici ordinum inferiorum, puta, lectores aut
cantores, quanvis literarum expertes esse non
debeant, vt scribit Iustinia^o. eorum tamen
p. not. in d. c. inscitia non adeò Ecclesiæ perniciosa est, tole-
cū in cunctis. ratürque in eis qualisunque literatura, modò vt
& in d. c. il- psallendi ac legendi periti sint, aut aliàs ad mu-
literatos. nium suum obeundum instructi^p. Atenim ni-
quā diuinarum scientiā à sacerdote exigamus,
cūm

cum vel in vna aliqua arte ac disciplina excelle-re difficillimum sit. Sed quid mirū nos in Theo-logo ac sacerdote idem requirere, quod in Ora-tore Cicero, in architecto Vitruuius? Est enim artium omnium vt præstantissima, ita longè o-perosissima ac periculosissima, quæ ad curā ani-marum pertinet ^{q.c. ante, 40.}. Nec verò perfectam illam o-minibusque numeris absolutam rerum cognitio-nem, quæ nusquam fortassis reperitur, ita desy-^{dissin. c. cum sit, de æta. & qual.}dero, ut non hīc mediocritatem amplectendam esse censeam, & nos homines esse, id est in ma-gna caligine & rerum ignoratione versari, obli-uiscar. In his enim tenebris beneficio sacrōque ministerio dignus is iudicari potest, qui medio-crem earum rerum, de quibus diximus, scientiā est assecutus, quique talis est quales vulgo homi-nes eruditos appellare solemus ^{r. e. cū nobis olim, de elect.}. Nec discrepat ab hac sententia, quod de suo architecto scri-bit Vitruuius in hunc modum: Non debet, nec potest architectus esse grammaticus vt Ari-starchus, sed non agrimmatos: nec musicus, vt Aristoxenus, sed nec amusos: nec pictor vt Apelles, sed graphidos non imperitus: nec pl-a-stes quemadmodum Myron seu Polycletus, sed rationis plasticæ non ignarus: nec medieus vt Hippocrates, sed non aniatrologetos, nec in cæ-teris doctrinis singulariter excellens, sed in his non imperitus, &c. Verū ad hanc perfectæ eruditionis ideam respicere debet is qui alium ordinat, & beneficiū ei confert: ac eō digniorem.

DE SAC. ECCL. MINIST.

existimare, quo propius ad eam perfectionē accederit. Nec enim vlla certa regula aut constitutione id definiri potest, sed eius arbitrio tāquam viri boni ac prudētis id cōmittitur, vt magnitudine muneris seu ministerij perpensa, cæterisque circumstatiis omnibus diligēter consideratis, de doctrina & eruditione iudicium faciat. Et si qui sint à studio literarum penitus alieni, & patinis magis quām paginis incumbentes, cuiusmodi nostra fert ætas quāplurimos, quod utinam verè ne dicere, eos ceu pestem quandam aueretur, nec ad vllum beneficium ministeriūmve admittat s. Hęc autem eo libentius hęc explanare volui populariter quidem, & crassa, vt aiūt, Minerva, sed nisi fallor utiliter, quod vulgaris illa scientiæ diuisio in eminentem, mediocrem, & sufficientem patum commodè ac eruditè ab interpretibus tradita tractatāque nobis videatur.

f. glos. prag.
tit. de elec. §.
deinde.

t. not. in d. c.
cum in cun-
elis, de elec.

An ob vitium corporis à sacro ministerio beneficiōque repelli quis debeat. Cap. 3.

Cūm quæritur an ob vitium aliquod corporis debeat quis repellī à sacerdotio, multū refert an quis hoc malo se affecerit, afficiendūmve curuerit, an violentia, aut natura id ipsi contigerit: & hi casus distinguendi atque separandi sunt. Quod ad primum attinet, præcipiunt canones apostolorū*, vt ἀποτυπιάζων, id est, vt vulgò interpretantur, qui sibi ipsi virilia amputauit, cleri cus minimè efficiatur, quod sui ipsius homicida sit,

sit, & inimicus creationi Dei ^b. Nam is neq; vi-
 rorum, neque mulierum numero habendus esse
 videtur, vt olim Romæ in causa Genutij cuius-
 dam decretum fuit, cuius meminit Valerius ^c.
 Eadémque causa eius est, qui sponte digitum a-
 liudve membrum huiusmodi sibi abscederit, tā-
 quam inimicus creaturæ Dei, vt diximus ^d. quod
 Ammonio monacho quondam accidisse ferūt,
 qui aurem dexteram sibi amputauit, ne episco-
 pus ordinaretur. Nam verbi ἀκραγάδεων, quo ca-
 non vtitur, latior videtur esse significatio, quam
 vt de virilium amputatione tantum intelligatur.
 Excusatur sanè is qui valetudinis causa secari se
 à medicis passus est. Nam quanuis id consultò
 factum fuerit, nec absoluta fuerit hæc necessi-
 tas, ramen valetudinis ratio & instans periculū,
 quod vitare voluit, veniam meretur ^f. Si quis ^{f. c. si quis à}
 autem superstitione, vel impatientia libidinis ^{medicis. ss.}
 ductus, aut malæ alicuius suspicionis vitandæ ^{dif. c. ex par-}
 causa seipsum castrauerit, vt quondam Origenes
 fecisse traditur ab Eusebio ^g. & aliis quidam no-
 mine Leontius, cuius apud Theod. mentio est ^h:
 si quis inquam sibi ob huiusmodi causam geni-
 talia exciderit, sacro ministerio indignus iudica-
 tur ⁱ. Grati sunt enim deo eunuchi, quos castra-
 uit voluntas, non necessitas, vt inquit Hierony-
 mus ^k. Sed de his iam satis. Ad eos qui non spō-
 te & consultò mutilati sunt veniamus. Si quis ^{lx. c. qui sitit,}
 igitur per vim à barbaris ac latronibus, puta
 eunuchus factus est, aut ita natus, is ordinari

DE SAC. ECCL. MINIST.

non prohibetur, ut habet vicesimus canon apō-
stolorū, & canon primus Nicenæ synodi¹. Pro-
inde Dorotheum Anthiochiae episcopum fui-
se scribit Euseb^m. quanuis natus eunuchus cf-
vit.
*l.c.eunuchus,
ss. dist. c. ex
partie, decorp.
vit.*
*m lib. 7. cc-
de. bift. c. 28.
n. c. precepta
ss. dist.*
non prohibetur, ut casu aliquo fortui-
set. Idem dicendum est, & si casu aliquo fortui-
to id accideritⁿ. Si quis tamen aliquod mem-
brum, aut partem corporis amiserit, quæ ad mi-
nisteriū functionēmque ecclesiasticam necessaria
sit, tametsi casu & sine culpa sua, is ordinari pro-
hibetur, non quia læso corpore est, inquit canon
apostol^o. sed ne ministerium ecclesiasticum im-
pediatur. Quod si fortè claudicet tantū, vel ocul-
lo defectus sit, sed ita ut munus suum exequi ni-
hilominus valeat, canones eum nō arcent à mi-
nisterio. Non enim, ut inquit canon p aposto-
lo, mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio
animæ. Posterioribus tamen decretis pontificū
ministerio excluditur altero carens oculo, aut a-
liter læsus, si ea res magnam ei deformitatem af-
*q. c. si euāge-
lica, ss. dist. c.
presbyterum,
de cler. agrot.*
ferat^q. Quod ex cacozelia quadam legis Mo-
saicæ profectum videri potest^r, vt cunque eam
legem Theologi allegoricè interpretentur^s.

*r. Lenit. 21. c.
vsque adeò.*

33. dist.

*o canone hinc
eten. 49. dist.*

De morbis corporis, qui hominem ministerij be-
neficijque ecclesiastici incapacem reddunt.

item qui dicantur energumeni cō en-
gastrimythi in iure pontificio.

Cap. 4.

Quisquis graui morbo laborat, ut ad factum
munus obeundum non sit idoneus, is beneficij
capax

capax non censemur, quanuis nec eruditio, nec
morum probitas, nec aliæ dotes animi in eo de-
syderetur ^{a.}. Quid enim si morbo comitiali cor-
ripiatur, quem Græci ἐπιληψίαν vocant? Nam qui
subito concidit, cuius ex ore spumæ mouentur,
ut inquit Celsus, cum membrorum ac neruorū
distensione, is ad rem diuinam in Ecclesia facie-
dam utilis iudicandus non est ^{b.}. Idemque de a-
liis huiusmodi morbis est statuendum, tametsi
cum qui iam ordinatus promotusque est, nō de-
sideriant ^{c.}. Maniaci autem ac fanatici, qui à caco-
dænone vexari existimantur, quin ad hunc locū
pertineant, minimè dubito, quanuis Vlpiano is
morbis animi, magis quàm corporis esse videa-
tur ^{d.}. Nam & hi à sacerdotio repelluntur vete-
ribus canonibus ^{e.}. Et ad animaduertendum est
variis nominibus eos appellari solere: dicuntur
enim energumeni, quasi lunatici, ut quidam in-
terpretantur: de quibus sic statuit synodus Car-
thag. IIII. Ut exorcistæ energumenis manus
imponant, ut energumeni pauimēta domorum
Dei verrant, ut energumenis assidentibus in do-
mo Dei vinctus quotidianus per exorcistas op-
portuno tempore ministretur ^{f.}. Vocantur &
γάρσπιλεοι, cuius vocis mentio est apud Aristó-
phanem, quasi dicas ventriloqui. Sic enim eos ^{ni die, de con-}
Latinè vocat Augustinus ^{g.}, qui spiritum pytho-
nem habere dicuntur ^{h.} quod malus quispiam ^{g. c. illud, 26.}
genius (immotis nempe labiis) ipsorum in ^{q. 2.}
tre inclusus loqui credatur. ^{b. Acto. 16. c.}

D E S A C . E C C L . M I N I S T .

Eos qui ex iustis nuptiis procreati non sunt , ad ministerium ac beneficium ecclesiasticum admitti non debere , & qua ratione id constitutum sit . Cap . 5.

Qui ex iustis legitimisque nuptiis procreati non sunt , cuiusmodi sunt spurij seu nothi , & quos naturales appellamus , ij ad ministerium ecclesiasticum admitti prohibentur ^a . Sunt qui auctoritate legis Mosaica id confirmare nitantur , propterea quod in Deuteronomio scriptum sit ^b :

a. 56. distin.
& c. 1. de fil.
presbyto.
b. c. 23.

Non ingredietur Manser , id est ex scorto natus , in ecclesiam domini . Sed viri eruditii ingredi ecclesiam domini interpretantur habere commercium cum populo Dei , & habere ius ducendi Israëlitidem . Quare ad rem ille locus non multum pertinet . Ratio autem huius prohibitio-
nis triplex affertur : Vna , est metus incontinen-
tiæ paternæ . quoniam sape accidit ut mores patris sectetur filius , sitque non corporis tan-
tum paterni , sed etiam animi quedam imago . Hinc illud tritum apud Græcos prouerbium ,
e. c. si ḡs An- κακῆς κοράκος κακὸν ὁν ^c . Fortes enim creantur for-
glorum , 56. di tibus , &c . Huc pertinet quod Honorius in qua-
dam constitutione de filiis eorum , qui perduel-
lionis rei sunt , loquens , scriptum reliquit : Pa-
terno deberent perire suppicio in quibus pater-
ni , hoc est hereditarij criminis exempla me-
tuuntur ^d . Quod si quis mihi aut Herculem
ex adulterio natum obiiciat , cuius maximè vir-
tus

d. l. quisquis.
C. ad l. Iul.
v. 1. 1.

tus enituit, aut eos pontifices, quos Damasus apud Gratianum recenset^e, aut si qui sint alij si- miles, quibus arte benigna, & meliore luto finxit præcordia Titan: huic respondeo ex Theophrasti sententia, quæ raro accidunt, ea contemni à legislatoribus f. Altera prohibitionis ratio est, ut hoc etiam pœnae genere plectatur ac vindicetur crimen paternum, quanvis nihil admitterint filij, & reuera alieno laborent vitio g. Nam verū est quod scribit Paulus Iureconsultus h, tantum esse affectum patris in filium, vt pœna molestiāque filij magis quam sua terreatur & ex- crucietur. Qua ratione inductum est, ut libera non sit cum filiis naturalibus testamenti factio, nec possit eis pater quantum voluerit, relinquere i. Vnde ob crimen perduellionis, filij quanquā insontes & nulli affines culpæ, puniuntur k. Qua de re sic loquitur Cicero in quadam ad Brutum epistola: Nec verò me fugit, quam sit acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui, sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum amiciores parentes recipublicæ redde- ret. Et alibi: Illud videtur esse crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit, sed id & antiquum est, & omnium ciuitatum. Huic non dissimile est, quod statuit Constantinus, de muliere, quæ se proprio seruo iunxit, nempe ut filij, quos ex ea coniunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis insignibus, in nuda maneant libertate l. Tertia ratio est, corum qui ita nati

e.c. Osius, 56
dissinet.
f.l.iura. ff. de
legib.
g.l.spurj. ff.
de decurio. l.
legō. C.de ra
tur.lib. c. na-
sci. 56. dist.
h.l.isti quidē,
ff. de eo quod
met. cau.
i.l.vlt. C. de
natu.lib.
lz. d. l. quis-
quis.
l.C. de mul.
que se pro-
fer.

DE SAC. ECCL. MINIST.

Sunt, probrum quoddā & ignominia, ob quam
indigni tanto munere iudicantur. Nam eti pre-
toris edicto notati non sint, nec inter infames
m. Azo in habitū, tamen ea est ferē hominū de ipsis op-
sum. *Cod. ti-* nio, is contemptus, vt non immeritō macula-
tu. ex quib. quapiam aspersi quibusdam videantur ^{m.}. Cuius
cav. ir. ff. arg. rei argumentum illud est, quod nemo est quin
d. c. si. gens tali appellatione vt turpi ac contumeliosa offen-
Aiglorum. datur, receptūmque est eo nomine actionem
n. l. 3. ubi not. iniuriarum competere ^{n.}. Itaque quanuis spuriis
ff. de lib. et iure ciuili Rempub. capessere licet, præscritim
o. l. generali- si necessitas, & hominū penuria id flagitet ^{n.}
ter. l. spuri. tamen alia causa est sacri huius ministerij, quod
ff. de decurio. publicis omnibus, ciuibūsque muneribus lon-
p. lib. 7. polit. gē præstat. Nam & Aristoteles ^{p.} censet viliores
humiliorēsque personas ad sacerdotium admit-
ti non debere propter honorem qui Deo & re-
ligioni à ciuibus est impendendus. Id enim ma-
iestati Dei indulgetur (vt verbis Pauli Iurecon-
sulti vtar) cuius sacrissimare sacerdotes oportet.
q. l. nō distin- ? Nō me mouet quod à quibusdam dicitur spu-
guemus. §. sa rrij nomē apud veteres ignominiosum nō fuisse,
sacerdotio. ff. cūm Homerus ^{r.} Teucrum alloquens, eūmque
de recep. arb. laudibus extollens, νόθον nihilominus appeller:
v. lib. Iliad. 8. καὶ στρόφεις οὐδέποτε φίλησαν τὸν θεόν.

Sed nec Euripidis versus ab hac sententia nos
dimouere possunt, quibus ostendere nititur le-
gitimis liberis nothos inferiores non esse: ita
nanque scribit in Antigone:

οὐδὲ μεμπόν τὸν νόθον, οὐδέποτε φίλησαν.

Ei

Et in Euristheo:

μάτιον δὲ οὐτοὶ τοὺς νόθους φεύγοντο ἀρχαὶ
πάντες φυτεύειν· ὃς γαρ ἂν χριστὸς φύη,
οὐ τούτοις σεντῦ πλὴν φύσιν διαφεύγει.

Et in Andromeda:

Ἐγώ δὲ τὸ δέδειν οὐκ εἴω νόθους λαβεῖν·
Τῶν γυναιῶν γαρ οὐδὲν ὄντες ἐδέειν
Νόμοι νοσοῦσιν, &c.

Non enim veterum hīc Græcorum mores
respicimus, apud quos non ita magno in pretio
pudicitia fuit, sed nostros Romanorūmque tan-
tū, qui nihil antiquius castitate & pudicitia vn-
quam habuerunt. Cūm igitur hæc ita se habeat,
ponendum est, & pro certa firmaque regula
constituendum, eum qui ex iusto matrimonio
editus non est, nullum beneficium cōsequi pos-
se. Idque potissimum in sacerdotum filiis lo-
cum habet, cūm ne filij quidem eorum iusti ac
legitimi beneficium paternum capere possint.
Paternum vocamus, quod pater αὐτῶς, & nulla
media intercedente persona possedit¹. Regula
suprascripta sic accipienda est, nisi quis natali-
bus restitutus, aut vt vulgo loquimur, legitima-
tus sit². Nam hæc restitutio naturales filios iu-
stis & legitimis omnino exæquat, vt ait Iusti-
nianus³. Præterea professio monastica hanc ma-
culam ex natalibus contractam quadantenus
abstergere dicitur⁴. Nam ordinari potest mo-
nachus, quanvis nothus sit, sed nullam dignita-
tem, seu præfecturam ecclesiasticam cōsequi po-

*f.c. cū in cū-
ctis c. inotuit.*

de elec. c. 1.

de fil. presby.

*t.c. ad extir-
panas. c. ex*

extransmissa,

de fil. presby.

*v.c. per vene-
rabilē, qui fil.*

sint. leg.

x. Nouel. 74.

tir. quib. mod.

nat. eff. su.

*a. Nouel. Iu-
stinia. 5. tit. de*

mona. c. non

licet. 19. q. 3.

DE SAC. ECCL. MINIST.

b. c. 2. 56. test^b. Sed etsi gratiam canonis spurio facere vi-
aist. c. 1. de fil. presb. glos.^c. sum fuerit summo pontifici (quod interdum ex-
c. vlt. eo. tit. pedit & necessarium est, ne summum ius, quod
dicitur, summa fiat iniuria) is quodcumque be-
c. c. innotuit, beneficium adipisci poterit^c. Plenam siquidem &
de elec^d. c. vlt. liberam quidlibet statuendi, permittendi, de-
cernendi facultatem habet Ro. Pontifex in re
beneficiaria, quasi legibus omnibus canonib^e que
omnino solutus sit, ut suprà admonuimus.
Eadem causa videtur eius esse, cui pontifex ipse
sciens & prudens beneficium contulit cum co-
casu voluntas eius obscura non sit, eaque tanquā
d. arg. 1. qui- principis pro ratione habeatur^d. Sed an hæc iu-
dā. ff. de rei ris scripti mitigatio ac moderatio cæteris quoq;
ind. pontificibus & episcopis in sua cuique diæccli
permissa sit, quæritur. Et vulgò recepta est hæc
distinctio: Si de eo quæratur, qui ad beneficium
paternum aspirat, gratia summi pontificis ne-
cessaria est, non modo si spurius, sed etiam si ve-
e. c. dilectus, rus legitimusque filius sit^e. Sin autem de alio
de fil. presb. quopiam beneficio, nō de paterno agatur, quod
spurius nancisci velit, ad constitutionem Boni-
facianam recurrentum est, quam ex recentiori-
bus scriptoribus quidam legisse non videtur. Ea
autem constitutio omnem faciendæ gratiæ fa-
cilitatē, nisi circa minores ordines beneficiaque
simplicia, quibus animarum cura non cohæret,
f.c. 1. de fil. presby. in 6. episcopis ademit, & summo pontifici attribuit^f.

Quibus

*Quibus sacris initiatum esse cum oporteat, qui ad
sacrum beneficium promouetur. Cap. 6.*

Nemini potest sacrum beneficium conferri,
nisi sacris initiatus sit ^{g.c. cū adeo,}. Proinde si cui nondum de rescr. c.
manus imposita est, quanvis fortè clericus fieri,
& in numeros, vt ita dicam, sacræ militiæ refer- ex literis, de
tri mox cupiat, rata non est beneficij collatio ^{transac. c. 2.} b.
Idem dicendum est & de eo qui clericorum de instit.
re & ritu viuit, nec tonsura, nec veste, nec caete- h. arg. l. ex
ris rebus quibuscumque ab eisdem differens ^{eo, de milit.} i.
Hinc consequens est, si quis obtento iam bene- test. not. in d.
ficio clericus effectus fuerit, irritā nihilominus c. 2. de instit.
beneficij collationem esse: quia quod initio non i. not. in d. c.
valuit, tractu temporis conualescere non potest 2. Sel. 3. part.
^{q. 6.}
¶ Verum imprimis videndum est, vt ea ordinatio ^{lx L quod in}
manuimque impositio recte atque ordine ^{initio, de reg.}
fiat. Alias beneficij collatio tanquam laico pro- ^{inr. not. in d.}
phanoque homini facta nullius momenti ple- c. 2.
runque iudicabitur ^{l. g.o. prag.}. Exemplis, vt res dilucidior
sit, hoc demonstrabimus. Beneficij quod cum a- tit. de elect. §.
nimatum curatione coniunctum est, quisquā ca- deinde verb.
pax non est, nisi ad presbyterij usque gradū pro- ordinibus.
motus fuerit, nec enim clericum esse hic sufficit. m. c. licet ca-
^{m.} Sed gradatim ad hunc presbyterij honorem non. de elect.
ascendisse oportet. Nam is, cuius virtus in mi- in 6.
noribus leuioribusque officiis probata nō est, vt ^{n. 32. 59. dist.}
ad maiores amplioresque honores nō tam ascē- ^{¶ 61. tit. de}
dat, quam prosiliat, nec ratio, nec vetus discipli- cler. per sal.
na ecclesiastica patitur ^{pro. l. vt gra-}. Nam & Paulus vetat ^{datim, de mū.}
^{¶ hono.}

DE SAC. ECCL. MINIST.

ne vero opus episcopus ordinetur, id est qui recens
 s. i. ad Ti- Christianæ militiae nomen dedit^o. Quid enim
 moth c.3, &
 in decret. 48.
 dist. absurdius quam ei gubernacula tradere, qui re-
 munū tenere non nouit? ut verbis utar Augustini
 p. c. ante, 40.
 dist. ad Valerium^p. Itaque is qui beneficium huius-
 modi petit, non tantum se sacerdotem seu pres-
 byterum esse, sed gradatim & progrediendo per
 omnes inferiores ordines eò prouectum docere
 debet. Et quanquam hic rigor interdum laxatus
 legitur, ut cum Nicolaus etiamnū laicus ad epi-
 scopatum promotus est: Seuerus ex lanificio vo-
 cat^o est ad archiepiscopatū: Ambrosius nō dum
 q. c. statuimus
 61. dist. Theo- sacra tinctus aqua archiepiscopus est electus^q:
 dor. lib. 4. ec- tamē nouorum, ut ait poëta, fatorum exempla
 cle. histo. c. 6. contra veteres canones ecclesiasticāmque dis-
 plinam non temerè ad consequentiam trahi de-
 r. l. i. de cōst. bent^r. Hinc tractatur quæstio, si quis nō à suo
 prin. c. nō ex- sed alterius ejuitatis antistite ordinatus sit, an ea
 emplo, 26. q.
 2. Vide cano. ordinatio valeat. Et imprimis cōstat, simulātque
 apost. 79. inter alium Ecclesiæ clericos quis receptus est,
 non posse cum ab alterius Ecclesiæ episcopo or-
 dinari. Id enim eōcilio Sardicensi ideo vetitum
 est, quod discordia inter episcopos inde nasci
 soleret: cautumque est nominatum ac disertè, ut
 irrita sit ordinatio. Graue siquidem erat episco-
 po, qui iuuenem instituere & erudire in sua Ec-
 clesia cœperat, sperans sibi & toti Ecclesiæ im-
 posterū vñi fore, ob alterius episcopi solicitatio-
 nem fortassis eo commodo priuari^s. Itaque quo-
 casu ea ordinatio ad cōsequendum beneficium
 iure

iure pontificio necessaria est, ita ordinatum beneficij incapacem esse arbitror. Verum is qui nondum in Ecclesia aliqua facto, ut ita dicā, tyrocinio, ad alienam ecclesiam se contulit, & ibidem ordinatus est, viderur tanquam sacris recte initiatus beneficium capere posse, cum ratio suprascripta hic cesset. Nec me latet constitutionibus pontificis posterioribus, atque adeo conciliis generaliter prohibitū esse, ne quis ab alienae ciuitatis episcopo ordinetur, quod perditissimi quique, quorum in patrio solo mores cogniti essent, ad alienam ciuitatem confugere, & ad sacram munus obrepere solerent.^{t.} Sed nusquam statutum reperio, ut irrita nulliusque momenti sit talis ordinatio^{v.} Etenim pleraque in iure tum ciuali, tum pontificio facta tenent, quanvis ea fieri prohibeantur^{x.} Quare potest, quomodo probet quis se ordinatum & sacris initiatum esse, si fortassis ea de re controversia oriatur. Et vindetur Theodosij imperatoris constitutio nullam probationem, nisi quæ literis episcopi fiat, admittere^{a.} At iure pontificio à clericis peregrinantibus literæ probationis huius gratia minimè exiguntur, sed testes aut etiam argumenta sufficiunt^{b.}

An cælibatus beneficiariis necessarius fit. Cap. 8.

Vt intelligamus an coniugati beneficiorum capaces sint, altius repetenda est disputatio

*t. c. 1. c. eos, de
iēp. ord. in 6.*

v. Guid. p. 449.

*x. l. 1. §. bi-
duum quā-*

*ap. l. relega-
torum. §. ad*

*tempus, de in-
terd. & rele.*

*a. l. sequia per
calumniā. C.*

*de episc. &
cler.*

*b. c. 2. 3. de
cler. pereg.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

nostra, videndumque est non modò quid recentioribus constitutionibus pontificum, sed etiam quid priscis canonibus de ea re statutum fuerit. Igitur vetus Ecclesia coniugatos à sacerdotio non summouebat, modò vnius vxoris matiri eff. sent. Sic enim habet canon. Aposto. V. Episcopus aut presbyter aut diaconus vxorem suā p̄x. textu religionis non abiicito: si abiicit segregator à communione: si perseverat, deponitor. Nō enim idonea hæc causa visa est matrimonij dissoluendi, tametsi ea Iureconsultis veteribus probetur. Idem & synodo Gangrensi, & sexta synodo sancitum est. Sed & Nicena synodo id quoque comprobatum est. Nam vt scribit Socrerus, cū in Nicena synodo vellent aliqui episcopis, presbyteris & diaconis vxorum suarum usum interdicere, exurgens quidam nomine Paphnutius contradixit, honestam rem coniugium esse contendens, & castitatem cum propria vxore concubitum. Cuius sententiam syndicus laudauit & amplexa est. Sed & ipsi Apostoli Christi, Petrus, Philippus, Paulus, leguntur vxores habuisse. Hinc Iustinianus & Epiphanius patriarcham oecumenicum laudat, quod ex sacerdotibus genus & originem ducat. Et Harmenopulus ^b de lege clericis matrimonium interdicente differens verbo ἀκριβεῖς utitur, πολὺ ἀκριβεῖς ρότας, inquit, πολὺ κανόνισμον, id est, de rigore legis, quæ de clericis lata est, quandoquidem legislator ορμάχειν, vt puto, & cum natura pugnare ipsi

c. l. vitricus,
de donat. in-
ter vir.

d. c. si quis do-
cuerit. c. si
quis discernit
28. dist. c. quo-
niam. 31. dist.

e. c. Nicena,
31. dist.
f. lib. 3. eccl. f.
histo. c. 30.
g. Nouel. 3.

h. lib. 4.
proch.

ipſi videbatur. Nec aliter ſenſiſſe Chryſippum opinor, qui ducēdam vxorem ſapienti präcipit, ne Iouem Gamelium & Genethliū violet. quam id ceu ridiculous notat Hieronymus in Iouin. Ex his autem qui cælibes in clerum peruererant, id eſt qui ante ordinationem matrimonium non contraxerant, Canon apostolorum X X V. iubet ut lectores tantūm & cantores, ſi velint uxorem ducant, cæteris puta diaconis & presbyteris, id non permittit. Constitutum tamen fuit synodo Ancyranā, ut diaconi tantūm, nam de presbyteris nulla mentio eſt, ſi in ipſa ordinatione protestati fuiffent, ſe velle matrimonium contrahere, nec poſſe ſe contineſſe, poſtea uxorem ducere poſſent, & nihilo minus in ministerio manere^{i.} Adde quod pres- *i. c. diaconi,*
byteri, quanuis aduersus votum in ordinatione *28. diſt.*
factum, & expreſſam professionem uxorem du-
xiffent excommunicabantur tantūm, niſi gratia
eis episcop^o facere voluiſſet, ut habetur c. X VI.
con. Chalcedo. aut à ministerio ſacerdotioque *lx. Nouel. 22.*
ſummo uebantur, ut ſcribit Iuſtinianus⁴, & ha- *de his qui na-*
betur in cano. i. Neocæſar. conc. nec ideo diri- *ptias iterant.*
mebatur matrimonium¹. Hodie autem ita ius *l.c. nuptiarū,*
conſtitutum eſt, ut coniugati nullo modo ordi- *27. q. 1.c. qui*
nentur, nec ad beneficia aut dignitates eccleſia- *dam. 27. diſt.*
ſticas aſpircnt, id quod de presbyteris ſanxit Iu-
ſtinianus, nouel. 123.⁵ Veritiſſunt forte istius iu-
ris authores ne grauiſſima matrimonij onera ſu-
ctione muneris eccleſiaſtici impediāt, nec im-

M

DE SAC. ECCL. MINIST.

meritò. Negotiū habere qui voler, inquit Plautus, Nauem & mulierem, hæc duo sibi compa-
rato. Hinc Cicero rogatus ab Hircio, vt post re-
pudium Terentia sororem eius duceret, omni-
no facere supersedit, dicens non posse se vxori
m. author Hie
ro. in Iouin. & philosophiæ pariter operam dare". Coniuga-
tos accipimus, qui verbis in præsens tempus cō-
ceptis nuptias contraxerunt, quanuis fortasse se-
n. extra. anti-
que, de vo. cutus non fuerit concubitus ". Orientalis ta-
not. in c. i. de
cler. coniug. men Ecclesia hanc constitutionem tanquā mo-
p. c. cū olim, ribus populi parum congruentē nō recepit, sed
de cler. cōiug. adhuc veteres canones seruat^r. Quod ad eos at-
tinet, qui cælibes in clericū admittuntur, hoc iu-
re utimur, vt lectores, cantores & qui in infe-
rioribus ordinibus sunt constituti, nec ad sub-
diaconatum usque conscenderunt, uxorem du-
cere possint, tenetque matrimonium quod ita
contractum est, nisi alia causa obsistat, beneficia
verò sua minimè retinent, sed statim vacare di-
q. c. i. vbi
glos. c. diuer-
sis, de cler. cō-
iug. cuntur ^s. id quod nonnulli accipiunt etiam si
matrimonium ob aliquod impedimentum effi-
cax non sit: sed hoc inferius disputabitur. Cæte-
ris omnibus, puta hypodiaconis, diaconis, pres-
r. c. vt lex. 27
q. i. c. i. c. 4. byteris, episcopis uxorem ducere fas nō est, nul-
de cler. cōiug. limumque est matrimonium, quod ab ipsis contra-
c. pen. 27. di-
f. c. i. 28. dist. hitur: præterea beneficiorum suorum amissione
nouel. Iustin. mulctantur ^r: nec protestatio diaconorum reci-
123. pitur, cuius paulò antè meminimus, quoniam e-
piscopi nullos ordinare iubentur, nisi se perpe-
tuò cælibes victuros promiserint ^s. Sed an sta-
tim

tim ac nuptiæ contractæ sunt, beneficia vacent,
an verò priuatio condemnatiōque sit necessa-
ria, controuersi iuris est quæstio, de qua suo lo-
co differemus^{t.}

*t. not. in c. t.
de cler. con-
ing.*

Digamum à sacerdotio & beneficio ecclesiastico
summoueri, & qua ratione id canonibus
sancitum fit. Cap. 8.

Quanuis coniugatus ad sacerdotium veteri-
bus canonibus admittatur, ut diximus, digamus
tamen omnino repellitur. Digamum vocanis
non qui eodem tempore duas habet, habuitve
vxores, quod nunquam in ecclesia orthodoxa
permisum, Romano autem iure semper vetitū
fuit^a, sed qui diuersis temporibus. Sic enim ha-
bet canon qui dicitur Apostolorum X VI I. Qui[„]
post baptismum duabus implicitus fuit nuptiis[„],
aut concubinam habuit, is episcopus, aut pres-[„]
byter, aut diaconus, aut denique in consortio[„]
sacerdotali esse non potest. Cui consentaneæ
sunt constitutiones Iustiniani^b. Idque sumptum
ex Paulo videtur, qui ad Timotheum & Ti-
tum scribens, episcopos & diaconos vnius vxo-
ris viros esse vult^c. Idem ad Timoth. Vidua, in-
quit, diligatur, quem vnius viri vxor fuerit^d. Quo-
rum verborum interpretatio apud Gratianum
extat^e. Sic apud veteres Romanos ante Chri-
stianismū, & alias itē gentes, digami à sacerdo-
tio repellebantur. Hieronymus ad Gerontiam:

*a. l. 2. C. de
incest. nupt.*

*b. Nouel 6.
nouel. 22. nou-
uel. 123.
c. 1. ad Ti-
moth. c. 3. &
ad Titii. c. 1.
d. 1. ad Ti-
mot. c. 5.
e. 26. dist.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

» Hierophanta apud Athenas euiratur, & æterna
 » debilitate fit castus. Flamen vnius vxoris ad sa-
 » cerdotium admittitur. Flaminea quoque vnius
 » mariti eligitur vxor. Ad tauri Ægyptij sacra se-
 » mel maritus assumitur. Hinc sacerdos vniuersitatis
 dicitur à Trebellio Polione. Nam et si polyga-
 mia humano diuinóque iure permitta sit, vitadæ
 incontinétiæ causa, tamè à veteribus patribus nō
 satis honesta iudicata est, quòd immodicæ cu-
 iusdam incontinétiæ argumentū esse videretur:
 adeò vt non dubitauerit Chrysostomus coniun-
 ctionē huiusmodi scortationē appellare. Et sancte
 Paulus, vt ab eo, cuius summa sacrosanctaque est
 apud nos authoritas, incipiā, hortator est virgi-
 nitatis ac cœlibatus s. Præterea satis constat, his
 omnibus qui plures nuptias cōtraherent, quan-
 quā laicis, pœnā olim impositā fuisse. Sic enim
 legitur in canone III. Neocæsar. conc. De his,
 » qui frequenter vxores ducunt, & de his quæ sæpius
 » nubunt, tempus quidē pœnitentiæ iis constitutum,
 » manifestum est, sed conuersatio & fides eorum
 » tēpus abbreviat, &c. Item Chrysostomus apud
 g.c.de his, » Gratianum, Hac ratione, inquit, & apostoli pre-
 31.q.1. » ceperunt secundas adire nuptias propter incon-
 tinentiam hominum. Nam secundam quidē ac-
 h.c. hac ratio cipere secundum præceptum apostoli licitum est,
 ne.31 q.1. secundum autem veritatis rationem verè scor-
 » tatio est, &c. Et Augustin. Nec contra humanæ
 » verecundiæ sensum audio dicere, vt quoties vo-
 » luerint, nubant, nec ex corde meo quotslibet
 nuptias

nuptias condemnareⁱ. Hæc ratio mouit anti- » i.e. vlt. 31.
quos iuris pontificij conditores, vt Digamos ad T¹.
sacerdotium non admitteret. Quomodo enim
potest horrator esse viduitatis apud populum,
qui & ipse cōiugia frequētauerit? vt inquit Am-
brosius^j. Nec verò tantum à sacerdotio, sed ab
aliis etiam inferioribus ordinibus eos summo-
uendos esse putauerunt^m. Quod si fortè ordi- l.in lib. de off.
nationem eorū sequuta fuerit digamia, vt si for- c.vna, 26. di-
tè in inferioribus ordinibus constitutus alteram stinⁿ.
vxorem duxerit, statim irrita fit ordinatio, di- m.c. si quis vi-
gamique omni priuilegio nudati esse intelligū- duā. c. cogno-
tur, adeò vt à laicis hominibus, & qui nunquam scamus. 34. di-
ordinati fuere, non differant, idque nouo iure
Pontificio expressum estⁿ. Veteri siquidem iure n. tit. de biga.
hac pœna tantum afficiebantur clerci, vt ad su- in 6.
blimiores ordines non pateret eis ascensus. Dia-
coni verò presbyterique à ministerio summuue-
bantur, vt ex Iustiniano colligere licet^o. Quod o. Nouel. 22.
autem nouo iure matrimonium huiusmodi cū de his qui
sacerdotibus, diaconisue contractum non nupt. iterant.
te- neat, nemini dubium esse potest^p, cùm ne mo- c. seriatim, 32
nogamia quidem ipsis vlo modo concessa sit distinet.
Post ordinationē, vt ex iam dictis appareret. Quod p. c. à nobis,
autem diximus humano ciuilique iure polyga- de biga. non
miam iis qui initiati non sunt, permissam esse de ord.
iure ciiali, quod in libros Iustiniani relatum est,
accipi volo. Nam apud Harmenopulum Græ- q.lib. 4. tit. 7.
cum authorein^q constitutio cuiusdam Impera-
toris legitur, quæ quartas nuptias interdicit om-

DE SAC. ECCL. MINIST.

nino, & irritas esse iubet. Quod de digamis ha-
ctenus dictum est, in iis quoque qui viduam
 r.c.3.c. debi- duxerunt, locum habet ^r. Nam hos canon apo-
 tum, de big. 4. stolorum XVII. digamis omnino comparat,
 c. si quis vi- hac ut arbitror ratione, quia digamiam vxoris,
 duā. 34. dist. quam ducunt, probare videntur, eiūsque diga-
 mix, occasionem eis præbere. Nam digamia mu-
 lierem non minus, imò magis quām virum de-
 decere videtur. Quare Portia cum laudaretur
 apud eam (inquit Hieronym⁹ in Iouin.) quædā
 bene morata, quæ secundum habebat maritum,
 respondit, Fœlix & pudica nunquam praterquā
 semel nubit. Itaque lege Mosaïca præceptū fuit,
 vt Pontifex virginem tantum vxorē ducere pos-
 set. Adde si lubet, quod ridicula vulgō res est,
 & cauillis hominum obnoxia, vxorem viduam
 ducere, quod vel tritum apud iuris ciuilis docto-
 res dicterium, Bulgari iurecōsulti discipulorum
 t. glof. l. rem in præceptorem satis ostendit ^r. Sed & Verrius
 non nouam. Flaccus, vt refert Varro iuris pontificij peritissi-
 C. de iud. mus, eos qui viduas ducerent, veteres fossas ter-
 gētibus comparare perquām facetē solitus fuit.
 Hæc enim fuisse eius sententia fertur, quia feriis
 tergere veteres fossas liceret, nouas facere ius
 non esset: ideo magis viduis, quām virginibus
 lib. I. Satur. c. idoneas esse ferias ad nubendum ^r. Quam-
 obrem non immerito præcipit Hesiodus, vir-
 x. lib. 2. ἐφ- ginem duendam esse, vt gratis moribus im-
 γων καὶ
 οὐσιον. bapθενικὸν δὲ γαμεῖν, ὃς καὶ θεοὶ καθὼν πολέμησαν.

Eius-

Eiusdémque sentétiæ est Aristoteles^a. Porrò idem ius esse in meretrice, quod in vidua satis perspicuum est, ex canone apostolorum cuius supra mentionem habuimus^b. Qui viduā, inquit, duxit aut diuortio separatam à viro, aut meretricē, aut ancillam, &c^c. Meretrix autē quam canon Græcè ἔραιπαν vocat, accipicenda est authore Hieronymo, quæ multorum libidini patet^d, vel ut d. c. vidua. Augustinus ait, cuius publicè vēnalis turpitudō est^e. Quæ igitur cum uno aut altero se miscuit, meretricis appellatione non continetur^f. Verū tamen ad hanc quoque canon productus est, ut quisquis tales duxerit, à sacro ministerio arceatur^g. Idque Toletano concilio disertè cautum atque expressum est^h. De eo autem qui vxorem adulteram retinuit, quid iudicandum sit, malo synodi ipsius verbis quām meis referre. Verba synodi Neocæsar. c. 8. hæc sunt: Si cuius vxorem adulterium commisisse, cùm esset laicus, euidē ter fuerit probatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu eo iam constituto adulterauit, dato repudio dimittere eā debet. Si verò retinere eius cōsortiū velit, non potest suscepere ministerio perfuiⁱ.

^{a. lib. I. ccō-}
^{no.}
^{b.c. 17.}
^{c. c. si quis vi-}
^{dua, 34. dist.}
^{e. c. meretri-}
^{ces. 32. q. 4.}
^{f.l. palam, de-}
^{rit. nup.}
^{g.c. curandū.}
^{c. præcipim⁹,}
^{34. distin. c.}
^{qualis. 30. q.}
^{5. dist.}
^{9.c. qui in ali-}
^{quo. 51. dist.}
^{h.c. si cuius,}
^{34. dist.}

De beneficiariorum ætate, & legibus annibus:

Item de iis, qui plura aduersus canones beneficia impetraverunt. Cap. 9.

Ætatis quoque habenda est ratio in bene-

M iiiij

D E S A C . E C C L . M I N I S T .

ficiis conferendis. Idque nos docet Paulus cum
Timotheo præcipit, ut nemini citè manum im-
ponat ^{a.}. Sed & Christus Ioanni, quem maximè
mot. c. s. c. charum habebat, ideo prætulisse Petrum fertur,
quid est. 78. quod hic senex, ille iuuenis admodù esset. Pa-
diss.
luis tamen Timotheum adhuc adolescētem Ec-
clesiæ præfecit, cum nulla adhuc regnaret ambi-
tio in Ecclesia, & eū prudentia senili, eximiāque
pietate & doctrina esse intelligerer. Nam sicut
veteres Romani, authore Cicerone leges anna-
les non habuerunt, quas attulit ambitio, ut gra-
dus essent petitionis inter æquales: sic viden-
tur canones ecclesiastici ministrorum ætatem
definientes ex hominum vitiis profecti esse. Le-
ges egregiæ, inquit Tacitus, honesta exempla
apud bonos ex delictis aliorum gignuntur. Sic
oratorum licentia Cinciam rogationem, candi-
datorum ambitus Iulias leges, magistratuū au-
ritia Calphurnia scita pepererunt. Horum igitur
canonum constitutio & obseruatio peruti-
lis Ecclesiæ ac necessaria non immerito visa est,
in iis præsertim muneribus, quæ grauiora maio-
risque mometi sunt. Ratio enim vtilitásque sua-
det, ut senex aliquis iam maturus, ac vt Homerus ait, παλαιά τε πολλά τε εὖως potius quam
iuuenis rerum imperitus, clavum Ecclesiæ te-
neat. Idque in omni parte Reipublicæ præ-
ceptum maximè tenendum, nec vñquam sine
graui necessitate violandum est. Quare Sylla
de Mario iuniore dicebat, debere iuuenē prius
remo,

remo, quām gubernaculo admoueti. Ac tamet-
 si tribunatum militum puer delatum aliquan-
 do atque adeò consulatum apud iuris ciuilis au-
 thores legamus ^b, tamen arbitror nullam id æ-
 tatis hominibus administrationem legibus con-
 cessam fuisse, & iuris authores de tribunatu ^{cō-}
 sulatūue honorario siue imaginario tantum lo-
 qui, quo titulo tenus & absque vlla administra-
 tione fungebantur. Nam & militiæ huius imagi-
 nariæ apud Ciceronem & Tranquil. mentio est.
 Vidcamus igitur quæ ætas legibus & canonibus
 definita sit. Et imprimis episcopus prohibetur
 eligi, nisi qui X X X. annum exesserit. Idque
 concilio primum Agathensi, deinde Lateranensi
 constitutum est ^c, quanuis Iustinia. in nouel.
 XX XV. annorum tempus statuat ^d. Archimá-
 drita siue abbas cuius ætatis esse beat, nusquā
 certo iure definitum expressumque reperitur.
 Quare ad canonem de dignitatibus episcopali
 inferioribus generaliter editū, cuius mox à no-
 bis mentio fiet, meritò hunc referemus ^e. Mulie-
 ri sanè monialium curam gerenti, quæ abbatissa
 dicitur, præstituti sunt anni X X X. f. Sed eam
 constitutionem interpretatione ad viros porri-
 gere & extendere dissimilitudo rationis non pa-
 titur: cùm præsertim exemplo turpe esse dicant
 Iure consulti fœmineo vocabulo masculos con-
 tineri ^g. In dignitatibus conferendis cuiusmodi
 sunt, decanatus, archidiaconatus, &c. tempus
 XX V. annorum spectatur. Quod non solum in

^{b.} l. nemo. C.
^{de religios.} l.
^{vlt.} C. de mi-
^{lit. testa.}

^{c. episcopus,}
^{77. dist. c. cū}
^{in cunctis, de}
^{electio.}

^{d. Nouel. 123}

^{e. d. c. cū in cū}
^{clis. §. inferio}
^{ra.}

^{f. c. indenita-}
^{tibus, de elec.}

^{in 6.}

^{g. l. si ita scri-}
^{ptū, de leg. 2.}

DE SAC. ECCL. MINIST.

archimandrita locum habet, ut diximus, sed in
præfectis etiam illis monasticorum conuictuum,
qui priores conuentuales appellantur^b. In pres-
bytero ætas XXXXV. annorū aut saltem XXX.
annorū requirebatur priscis canonibusⁱ. Quod
etiam Iustinianus constituit^k. Presbyterumque
intelligebat veteres, qui curationem animarum
habebat, cuique certe alicuius Ecclesiæ com-
mitebatur gubernatio. Sed hodie breuius aliquan-
to temporis spatium, nempe XXV. annorum

l.d.c. cū in cū definitum est^l. Quo tempore diaconi, subdia-
coni, acoluthi & cæteri inferiores clerici or-
dinari debeant in re beneficiaria, quam hic tra-
ctamus, parum refert. Nam ceremonialis est &
imaginiaria tātum hæc ordinatio sine ullo one-
re ac beneficio, quanuis olim promotio esset ad
certum ministerium, & cum beneficij collatio-
ne coniuncta. Quum igitur ordinationes fie-
bant, ad certum ministeriū beneficiūmque, non
ut nunc absolutè contra Calchedonense conci-
liū, alia ætas ordinationi seu ministerio, alia be-
neficij, quod illi ministerio coniunctū erat, col-
lationi præscripta non erat. De præbendis ca-

m. Panor. in
c. super inor-
dinata, de
præben.
n.c. si eo tēpo-
re, de resc. in
6.c. ex eo, de
elect. eo. lib.

nonicorum nihil satis expressum offendimus in
iure pontificio, sed vulgo receptum est X IIII.
annorum tempus, ut minimum requiri^m. Ali-
qui septem annos sufficere putantⁿ: quorum o-
pinio in simplicibus leuiorib[us]que beneficiis si-
ne curatione animarum, & dignitate villa, de-
fendi potest, cùm sit verisimile non alio consilio
cleri-

clericis inferiorib⁹ hēc assignata esse, quām vt ex
eis ali, & ad ministeriū Ecclesię institui possint^o. o. not. in d.c.
Tempus ergo quo potest clericus ordinari, id est ^{super inordi-}
septem annorum, hīc inspicitur^p. Hēc de legi- ^{nata. d.c. si co-}
bus Ecclesię annalibus breuiter dicenda putaui, p.c. de his, 28
quibus illud præterea adiiciēdum est, solere pō- dist. c. in fin-
tifices Romanos pro potestate paſsim harum le- gulis. 77. di-
gum gratiam facere, vt telæ quædam arancarū, fin. c. vlt. de
vt Anacharsis dicebat, esse videantur. Cæteris ^{tēp. ord. in 6.}
verò episcopis ita demum permittitur hēc rela- ^{not. i.c. ei cui,}
xatio, si animarum curationem beneficium non ^{de præb. in 6.}
habeat^q. De huiuscmodi gratia, quod scribit ^{cle. vlt. de æ-}
alicubi Budæus noster, continere me non potui, ^{ta. & qual.}
quin hīc adscriberem: Translatitium, inquit, esse ^{q.c. i. de æta.}
iandiu cœpit, interpretatione iuris Mercurialis ^{& qual. in 6}
eos, qui nondum tutelæ suorum bonorum facti ["]
sunt, imò verò qui necdum in suam tutelam ve- ["]
nerunt, ad annos venisse fingi tutelæ animarum ["]
annalium legum solutione. De iis qui ob mul- ["]
titudinē beneficiorum canonibus prohibitam,
beneficiorum minimè capaces esse dicuntur, li-
bro octauo differemus,



LIBER QVINTVS.
QVIBVS MODIS ACQ VI-
RANTVR BENEFICIA ET
Ecclesiæ ministri ordinentur.

ARGUMENTVM.

Ne homines non idonei ad ministeria honorésue ecclesiasticos aut irrepere aut irrumpere possint, editi sunt varij canones, quibus ratio munerum huiusmodi distribuendorum cotinetur. quam hoc libro accuratè ac diffuse exequemur & explicabimus. Nam mores hominū variis ætatibus ac seculis subinde mutati effecerunt, ut ex uno genere honores ecclesiasticos deferendi tandem multa exorirentur. Electio videlicet, Postulatio, Translatio, Coniunctio, Fiducia, Mandatum apostolicum, Reservatio, Nominatio, & cætera quæ singulis capitibus hic describuntur.

Quæ sit forma & ratio eligendi ministros Ecclesiæ, rā vetus quam noua: quidq; inter ea beneficia intersit, quæ vulgo collativa & electiva dicuntur. Cap. I.

D E R A T I O N E & forma ordinādi ministros Ecclesiæ, nullum in sacra scriptura præceptum extare arbitror, sed ritus ab apostolis obseruatus, quorum exem-

exemplum vice cuiusdam præcepti nobis esse debet, ex aliquot scriptorum sacrorum locis cognosci potest, quæ nos hinc adscriptissimus. Ac primum omnium Lucas scribit^a, apostolos hortante Petero, in locum Iudeæ proditoris Mathiam suffecisse, sed cōuocatis prius omnibus discipulis, quorum cōmuni consensu id factum est. Cūm enim duo ipsis sacro munere digni viderentur, Iosephus & Mathias, quos in cōspectu omnium statuerant, tandem precibus apud Deum fusis, & facta sortitione, in eorum cōtum Mathias cooptatus est. In hac igitur creatione quanuis interuenierit sors, tamen electio aliqua iudiciūmq; antecessit. Idem in creādis diaconis sorte vlos fuisse apostolos nequaquam ait, sed vna cum discipulis, communi cōfensi elegisse septem, quibus coram tota multitudine post precationem manus imposuerunt^b. Idē in cooptatione Barnabæ & Sauli, quæ facta est Antiochiae, post processus & iciunium adhibitam fuisse manuum impositionem refert^c. Idem presbyteros per singulas ciuitates à Paulo & Barnaba constitutos fuisse ait, facta precatione cum ieuiuio^d. Ex quo loco sunt qui colligant, suffragio populi creatos fuisse, quod verbum Græcum χριτοῦ, quo usus est Lucas, non simpliciter creare significat, sed suffragio & consensu populi tantū, quæ manū elevatione significetur. Sed hæc sententia apud me dubia adhuc est, cūm id verbum ad alia trāfserri plerūque soleat. Ex authoribus alijs qui sa-

^{a. Acto. c. 15.}^{b. Acto. c. 6.}^{c. Acto. c. 13}^{d. Acto. c. 14}

DE SAC. ECCL. MINIST.

cri non habentur, Clemens apud Eusebium scri-
e. eccles. histo. bit ^a, Iacobum fratrem domini à Petro, Joanne
lib. 2. c. 1. & Iacobo apostolis creatum fuisse episcopum,
f. c. porro. 66 sed is nullius certi titus meminit *f.* Testatur &
distin. Eusebius ^b, vita functo Iacobo, omnes aposto-
g. lib. 3. eiusdē los ac discipulos domini, qui tunc superstites e-
historia, c. 11. rant, ex variis locis in unum conuenisse, & com-
municato consilio Symeonem episcopum ele-
gisse. Nec aliud præterea adiicit. De epistola Cle-
mentis, qua se Petri successorem in Ecclesia Ro-
mana delectum ab eodem fuisse assertit, postea
videbimus. Post apostolorum tempora editi sunt
varijs canones de episcoporum & aliorum Eccle-
siæ ministrorum ordinatione. Nam canones qui
dicuntur apostolorum, à Clemente, ut fertur,
conscripti, statuunt, vt episcopus à duobus aut
tribus episcopis, presbyter, diaconus, & cæteri
clericis ab uno episcopo ordinantur. Nam eo té-
pore cœperat in singulis ciuitatibus unus episco-
pus, qui presbyteris omnibus præcesset, constitutus
ciuisque erat ordinatio & manuum impositio,
non presbyterorum. Creatis archiepiscopis &
Metropolitanis constitutum est, vt episcopus ab
omnibus suæ prouinciæ episcopis, si commodè
congregari possint, ordinetur in eoque nego-
tio primas partes obtineat Metropolitanus, e-
iisque præcipua sit authoritas. Sic enim Syno-
di Nicenæ Græcum canonem interpreter, qui
b. c. episcopi. de confirmatione apud nos visitata non loqui-
64. dist. tur ^c. Nā præsentibus tam Metropolitanano, quam
cæteris

cæteris episcopis, fiebat episcopi electio, quāuis
hodie post electionem adiri soleant: cuius rei te-
stis est Cyprianusⁱ. Cæteri verò ministri, præ- *i.lib.5.epist.4.*
sente episcopo, qui eos ordinabat, elgebantur.
Ac suffragia non tantum cleri, sed etiam populi
erant in huiusmodi electionibus^l. Quod veri- *l.c.episcopus,*
simile est & apostolorum temporibus obseruatū *24.distin.5.*
fuisse, licet nō satis exploratum id sit. Vnde Leo *63.67.distin.*
pōtifex, Nulla, inquit, ratio sinit vt inter episco- *"*
pos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec *"*
à plebibus sunt expetiti, nec à comprouinciali- *"*
bus episcopis cum Metropolitani iudicio con- *"*
secrati^m. Idem, Vota ciuum, testimonia popu- *"*
lorum, honoratorum arbitrium, electio clericō- *" m.c.null,*
rum in ordinationibus sacerdotum constituan- *" 62.dist.*
tur, &c. *"*. Ipsi etiam principes cùm opus erat, *n. c.vota.63.*
authoritatem suam interponebant. Nec sanè a- *dist.*
quum erat eos deterioris conditionis, quām cæ-
teros ciues haberi. Ac similis propemodum fuit
ratio creandorū sacerdotū apud veteres Roma-
nos ante Christianismū, vt testatur Cicero *o. In 2. ora-*
verbis: Ne hoc quidē vidi maiores nostros tam *" tio. de lege*
fuisse populares, vt quod per populum creari fas *" agra.cōtra*
non erat propter religionem sacrorum, in eo ta- *" Rullum.*
men propter amplitudinem sacerdotij noluerū *"*
populo supplicari. Atque hoc idem de cæteris
sacerdotiis Cn. Domitius tribunus plebis vir
clarissimus tulit, quod populis per religionem
sacerdotia mandare non poterat, vt minor pars
populi vocaretur. ab ea parte qui esset factus,

DE SAC. ECCL. MINIST.

is à collegio cooptaretur. Rectè tamen constitutum fuit in concilio Laodiceno^p, vt multitudo ni & plebi non permittatur electio^q: quæ, vt ait Origenes, sæpe clamorib^z aut gratia, aut pre-

*p. c. 13.
q. c. nō est. 63.* tatio excitata moueri solet^r. Quāquam enim populo inuito non dabatur episcopus, tamen immoderatam eius cupiditatem clerus non cogebatur sequi, quasi ex populi arbitrio penderet electio, sed eos docere ac admonere debebant, &

*f.c. docendus,
c. 2. dist.* grauitate prudentialaque sua ab incœpto reuocare^s. Electio igitur tam à clero, quam populo celebrabatur, episcopo uno præsente vel pluribus episcopis, vt iam diximus, inquirebatūrq; in mōres, doctrinam, ætatem, natales, & cætera, de quibus integro libro differuim^t supra. Ac si nulla nota aspersus reperiebatur, propter quam reiici deberet, statim ab episcopo vel episcopis manus ei imponebantur. Nec absque ea inquisitione consecrari ordinariē poterat^u. Et plerique authores sunt, palam proponi solita fuisse nomina ordinādorum, facta omnibus potestate quicquid vellent eis obiiciēdi^v.

*v. Lamprid.
in Alex.* Hæc fuit vetus forma ordinandorum Ecclesiæ ministrorum. Nec fuit ullum discrimē inter episcopos & alios ministros inferiores, nisi quod hi ab uno, illi à pluribus episcopis ordinabantur. Verūm hæc forma eligendi non solum immutata, sed etiam in quorundam ministrorum ordinatione omnino sublata est, adeò vt plerique citra electionem in Ecclesia constituantur, iure quo nunc utimur, poti-

*t. con. Nice.
c. 9.*

poti-

pontificio. Hinc beneficia quedam electione dicimur acquirere: alia collatione quadam & concessione, quæ nullam electionem requirat. Nam maiora quedam amplioraque ministeria ac beneficia, cuiusmodi episcopia sunt; solenni electione deferuntur. Cætera ab episcopis, & interdum à collegiis prætermisso illo solenni electio-
nis ritu, tribui & conferri solent. Fit autem episcoporum electio à collegio canoniconum ca-
thedralis Ecclesie, eo ritu & ordine, quem In-
nocentius in quadam synodo prescrivit *. Cæ-
teri verò clerici præter canonicos suffragia non pter, de elect.
ferunt, ac multò minus laici, qui priscais tempo-
ribus interessè electioni, & verò eligere conlue-
uerāt. Is igitur in quæ omnes canonici, aut cer-
tè πόλικας γένοι, id est, maior meliorq; pars cōsen-
serit, post communicationem deliberationem
que mutuā, quæ solēneim suffragiorum perscruti-
nationem continuò in ipsis, ut ita dixerim, co-
mitis sequitur, à collegio eligi debet. id à vete-
ribus dirimere sentētias vel suffragia, nisi fallor,
dicebatur. Non enim suffragia & sententiae sin-
gulorum h̄ic numerantur solum, sed etiam pon-
derantur, & is potior habetūt nonnunquam,
quem pars grauior atque melior comprobaue-
rit *. Vincitque in dubio numerus, si nulla in
meritis candidatorum, aut eligentium affectu,
cæterisque huiusmodi, inæqualitas appareat. Ad
quam demonstrandam admittitur is, qui contra
numerum pugnat, nisi aduersarius duarum par-

N

y.c. Massana
de electio.a.c. in genesi.
c. Ecclesia ve-
stra, de elect.

DE SAC. ECCL. MINIST.

tium collegij puncta tulerit, ut concilio Lug-
b. c. si quādo, dunensi statutū est ^b. Cùm autem nulla præter-
de electio. i. 6. quā in calculis atq; suffragiis inæqualitas reperi-
tur, non satis est aliquem maiorem numero, quām
aduersarium niti vt eligatur, sed maiorem par-
tem eorum canonicorum, qui adsunt, ab eo
c. c. Ecclesia. stare oportet ^c. tametsi iuris civilis authores
c. Cumana. maiores partem anni in interdicto vtrubi a-
de elect. liter interpretati sint ^d. Et notandum est om-
d l. maiore, nes canonicos, qui in prouincia degunt, ad
de verb. sig. hæc comitia vocandos esse ^e. Alioqui vulgo
e. c. coram, dici solet, magis obesse electioni contemptum
de elect. vnius abstentis, quām multorum præsentium
f. c. bonis, de intercessionem, & contradictionem f. Infir-
elect. matur enim ob eam causam electio, quanquam
alias ritè, & plurimorum consensu celebrata,
nisi fortè is, qui spretus esse dicitur, quod ita
g. c. quod si- gestum est, posteà ratum habuerit ^g. Post elec-
cuit, de elect. tionem hoc modo factam, confirmatio Me-
b. c. nihil c. tropolitani requiritur ^h, nec ante electus quic-
cum dil. elus, quam administrandi facultatem habetⁱ. eaque
de elect. i. c. nos. c. confirmatio mature fieri debet, & inquisicio-
qualiter ne examinationeque accurata præcedente, vt
l. c. 3. c. nihil, suprà diximus ^l. ita vt omnes audiantur, qui
de elect. ordinationis impediendæ causa quidpiam ob-
iicere voluerint, quanvis fortè competitores
non sint. Quamobrem Bonifacius veterem il-
lam consuetudinem nomina ordinâdorum pu-
m. c. vlt. de blicè proponendi, cuius antè meminimus, non
elec. in 6. immerito repetiit ac renouauit ^m. Quòd si fa-

Æta diligenti inquisitione electus non reperiatur
 idoneus, non modò non confirmatur, sed etiam
 in futuris comitis, in quibus iteratur electio,
 iure suffragij carent, qui scientes prudentesque
 talem elegerunt⁴. Confirmationem sequitur cō-
 nsecratio, quæ olim à confirmatione non distin-
 guebatur. Nam canonem illum Synodi Nicenę,
 quem supra recitauimus, malè cōuersum è Græ-
 co in Latinum huic distinctioni occasionem de-
 disse suspicor⁵. Fit autem hæc consecratio ab o. c. episcopi.
 episcopis prouincialibus cum autoritate Me-
 tropolitani, ut ex canonibus à Gratiano conge-
 stis perspicuum est⁶. Actamersi post confirma- p. 64. dist. &
 tionem res ecclesiasticas administrandi ius ha- seq.
 beat electus, tamen consecrare, & alia quædam
 id genus exequi ei demum licet qui consecra-
 tus est⁷. Hæc cùm ita se habeant, dubium non q. c. transmis-
 est, quin episcopium inter ministeria seu bene- sam. c. quod
 ficia, quæ dicuntur electiuæ, rectè connumere- sicut, de eccl.
 tur. De cæteris autem quæri solet. Et quorundā
 veterum opinio est, constitutionem Innocen-
 tianam, quæ ritum ordinemque electionis præ-
 scribit, ad omnia ecclesiarum quartucunque col-
 legia pertinere. Quæ opinio ad veteris Ecclesiæ
 ritum proprius cæteris accedit. Sed moribüs cō-
 paratū est, ut in episcoporum tantū & archimā-
 ditarum promotione hæc forma setuetur. Et
 sanè plurimum in hac re consuerudini videtur
 tribuendum esse. Non enim institutum Inno-
 centij fuit, quæ ministeria beneficiaque electiuæ

DE SAC. ECCL. MINIST.

essent, aut contrà definire, quod eo tempore fortassis erat indubitatum, sed in omnibus electiis formam atque rationem eligendi idè consti-
tuere voluit, quòd vñusquisque propriam quan-
dam eligendi viam, aut inutilem plerunque, aut
r. d. c. quia propter. perniciosa ecclesiis pro suo ingenio cōminis-
ceretur & excogitaret. Itaque in canonicorum promotione, aut aliorum qui inferiores sunt, eā formam seruari necesse non est. Sed cur ea be-
neficia, atque alia huiusmodi electiua non dicū-
tur, cùm suffragiis omnium canonicorum pro-
motio fiat. Respondeo duplēcēm huius rei cau-
sam esse. Vna est, quia cùm suffragiis suis proti-
nus beneficiū conferant college, nec vllam epil-
copi cōfirmationem expectent, simplex meraq;
electio nequaquam esse intelligitur, quocunq;
modo sententiam in conuentu suo dixerint. Ut
enim beneficium collatione acquiri dicatur, an
ab vna aliqua singulari persona, an ab vniuersi-
tate aut collegio conferatur, nihil interest. Sunt
qui hæc beneficia mixta appellēt: nec id quidem
malè, præsertim si solennis ille constitutionis
ritus in dicendis sententiis obseruetur. Eadem
enim opera & eligere & conferre dicuntur, quia
nulla ipsis confirmatione post eam electionem
opus est. Altera causa est, quia quoties Innocen-
tianæ constitutionis forma seruari non solet, sed
consensum quoquo modo in cœtu atque con-
uentu declarati sufficit, vt sit plerunque, non vi-
detur propriè electio dicenda esse, quanuis for-
tè

tē consensus, authoritas, aut confirmatio antistititis superioris requiratur ^{s.} Proinde collatiua dicuntur etiam ea beneficia, quæ episcopus cum consensu & consilio collegij confert, quoniam absque solenni ritu constitutionis Innocentianæ, is consensus voluntasque declaratur. Cū autem eximia habeantur ea ministeria beneficiaque, in quibus præter ritum solennitatēmque electionis, confirmationem quoque antistititis necessariam esse maiores nostri voluerunt, constitutum est à Bonifacio octauo, vt generalibus diplomatum pontificiorum verbis cōtineri minime intelligantur ^{t.}

*s. gloss. c. sicut,
de elecl. in 6.*

*t. c. cū in illis,
de præb. in 6.*

*De eo genere ad sacra ministeria beneficiāque
promouendi, quod vulgo postulationem
vocamus.*

Cap. 2.

Antiquis recentiorib[us]que canonibus multifariam prospectum est, vt hominum ambitionum temeritas retundatur, & vt ne quis indignus promoueatur ad ministerium Ecclesiæ. Volumt enim canones in ministrorum electione, morum, doctrinæ, etatis rationē haberi, & ceterarum rerum, de quibus lib. 4. abundē tractatum fuit. Illud etiam nominatim cautum est, ne quis episcopus ad aliam ciuitatem transferri possit, de quo plenius infra differemus. Quod si qui contra hanc disciplinam aliquem elegerint, non solum intercidit electio, sed electores etiam,

N iij

DE SAC. ECCL. MINIST.

qui ius suffragij habent, eius amissione multctantur, vt antè diximus. Verum hæc leueritas absque humaniori interpretatione & ^{et}πιδεία cōfistere non potuit. Quid enim si vir spectatae integratatis & eruditionis reperiatur, qui facris initiatuſ nondum sit, aut iustæ ætatis non sit, nec alius idoneus fortè existat, qui Ecclesiæ p̄ficiatnr? Quid si Ecclesiæ magna aliqua vtilitas ac necessitas suadeat, episcopum vniuersitatis in aliam transferri? Itaque viſum est iuris pontificij authoribus ita rem temperare, vt summuſ ius æquitati cedat, & nihilominus salua ſit priscarum legum canonūmque reverētia Non enim temerè electoribus permittitur alienæ ciuitatis episcopum aut nothum hominem vel prophanum, vel non legitimæ ætatis quaſi sacro munere dignum, contra leges institutaque maiorum eligere, ſed ſuperiorem antiſitem adire ab eoque veniam gratiamq; canonum postulare ipſis licet. Qua impetrata eligita demum poterunt, ſi vitium propter quod canones electionē prohibet, libello postulationē que ſua complexi fuerint & nominatim exprefſerint^a. Idque iure pontificio ſic eſt constitutuſ. Sed moribus receptum eſt vitandi circuitus inanis cauſa, vt ſi viſa fuerit æqua postulatio, ſtatim ordinetur minister Ecclesiæ, adeò ut postulationis admiffio iustæ electionis confirmatione que vim ac potestatem habere dicatur^b. Huius autem postulationis nullum apud veteres exemplum

a. not in c. in-
notuit. de e-
lett. et in c.
vlt. de post.
præla.

b. not in c.
vlt. de post.
prælato.

plum reperio, nisi fortè in promotione Ioannis Chrysolomi, cuius mentio est lib. X. Tripar. histo c. III. Sed ne ea quidem promotio huic nostræ omnino similis est. Nam tametsi utilitatis ac necessitatis causa à canonum præscripto non nunquā recederent, ut docet canon Apostolorū 79. tamen quia episcopi præesse electioni, nedum interesse consueuerant, eorumq; ductu & auctoritate omnia gerebantur, hæc solennis postulatio, quæ hodie vñitata est, omnino fuisset supervacanea. Itaque Theodoritus^c de Ambrosio loquens, qui sacro ablutus lauacro nondum erat, cum à populo & episcopis, qui iussu Imperatoris Valentiniani conuenerant, episcopum Mediolani electum fuisse scribit^d. Quanuis Gratianus ad priisci seculi mores non respiciens, postulatum fuisse potius afferat^e. Cùm autem dictum sit postulationis cōprobationem electionis confirmationi parem esse, quibusdam fortassis videbitur inter electionem ac postulationem hodie nihil interesse. Verum aliquod discriminē nec id quidem leue adhuc animaduerti potest^f. Non enim ut electo, ita etiam ei cuius promotio ordinatioque postulatur, ullum ius ex postulatione intelligitur acquisitum esse. Atque ideo interim canonice variare, & sententiam mutare permisum est, donec antistes aditus, ipsiq; oblata postulatio fuerit^g. Nam canonici cùm communī consensu & consilio postulandum esse aliquē decernunt, nequaquam se cum eligere testātur,

*c lib. 4. eccl.
histo.*

*d. c. statui-
mus 61. dist.
e c. Valentinia
nus, 63. dist.*

*f. c. episco-
pus. 61. dist.*

*g. c. bonæ, de
post. prælat.*

D'E SAC. ECCL. MINIST.

sed libenter electuros ostendunt, si per leges & canones liceret. Quorum canonum rigorem laxari ac remitti, & eligendi potestatem sibi fieri suppliciter petunt, aut certe voluntatem suam à superiore antistite comprobari, perinde ac si vera legitimaque esset electio, quod hodie recepru est, ut diximus. Ea siquidem petitio si iusta utilisque Ecclesiæ videatur, pro solenni legitimaque electione haberri solet, ut nullā aliā electionē postea celebrati necesse sit. Qua ratione vulgo traditum est in huiusmodi postulationibus ritum ordinemque constitutionis Innocentianæ, cuius paulò antè nieminimus, omnino seruandum esse. Nam licet ex duabus viis altera extraordinaria sit, nihilominus eodem ferre ambas, & pat in utraque periculum esse videmus. Preterea qui hominem sacro munere indignum postulant, non continuo ius suffragij, ut electores amittunt, cum poscentes veniam, & vitium agnoscentes confitentesque eius quem ordinari desiderant, canones violare non videantur".

*b. c. annotuit,
de elect.*

*i. c. 2. de post.
prælat.*

*i. c. episcopus,
61. dist.*

Quod tamen est ita accipiendum, nisi tale vitium sit, ut gratiam canonum remissionemque sperare non debeant, ut puta, si noxius aliquis sceleratusque vir postuletur, in quo nulla vita emendatio cluceat. Hunc enim quem nefarium est promouere, postulantes, exemplo eligentium plecti multarique debere constitutum est¹. Quanuis autem electio ac postulatio res diversæ sint¹, tamen quibus verbis utatur postulare volen-

volentes, non multum referre arbitror, modò
 voluntas eorum obscura non sit. Nam siue po-
 stulandum se eligere, siue eligendum postulare
 dixerint, nihil contra canones facere videntur,
 si constet eos gratiam ab antistite suo expo-
 scere, quia forte vitium aliquod exponunt pro-
 pter quod iure suo eligere se non posse vltò fa-
 tentur". Nam & veteres promiscuè his verbis
 usos fuisse animaduertimus". Nec me mouet
 quòd Bonifacius constitutione quadam sua hoc
 pronunciandi genus ut captiosum subdolūm-
 que improbavit". Nam aduersus eos edita est ea
 constitutio, qui sacro munere indignum quem-
 piam eligere cupiunt, sed quia verentur ne pa-
 tefacta tandem eius indignitate, pœnæ sint ob-
 noxijs, his verborum inuolucris improbitatem
 suam tegere conantur. Quæri solet à quo gratia
 remissioque, de qua híc loquimur, postulanda
 sit. Et quidem Romanus pontifex, cùm de pro-
 motione episcoporum agitur, quòd res magni
 pôderis sit, & ad exemplum maximè pertineat,
 eo nomine adiri consuevit p. Pro cæteris verò
 maioribus ministeriis ita demum si vitium, pro-
 pter quod inhibetur electio, tale sit, vt aliis anti-
 stibus gratiam canonum facere non liceat. Pro-
 inde si candidatus X X. annos natus sit, nec ani-
 marum curatio petatur, sed aliud quiduis mini-
 sterium Ecclesiæ apud proprium episcopū hæc
 inter ea quæ recepit, ac sibi reseruauit Romanus

m.c. post trāf-
 lationem, de
 renunc.
 n.s. c. literas,
 63. dist.
 o.tit.de post.
 prelato.in 6.

p. not. in. c.
 vlt. de post.
 preiat.

DE SAC. ECCL. MINIST.

q. tit. de etat. pontifex non recensetur?

& qualita.

in 6.

Translatio episcoporum quamobrem sit prohibita, alter explicatum, quam à iuris Pontificij enarratoribus factum adhuc sit. Cap. 3.

Diximus in superiori capite, episcopū vnius ciuitatis ad aliam transire non posse, sed quia obiter id tantum attigimus, & res est animaduersione digna, nunc de ea breuiter hic differendū est. Dubium autem non est, quin hæc sedium mutatio, ut ecclesiis valde perniciosa, iam olim canonibus prohibita sit, idque ex cōcilij Niceni c. 15. Sard. c. 1. Antioch. 16. c. 21. Chalced. c. 5. Cathag. 3. c. 38. perspicuum est. Fit & huius prohibitionis mentio, in cōfessione fidei, quā misit Papa Damasus Paulino episcopo Thessalonicæ. 2. pud Theodor. s. Ac idem Theodoritus, Eusebium quendam insectatur, qui Nicomedia deferata, cuius erat episcopus, contra canones ad Constantinop. ecclesiam trasierat. Cuius prohibitionis rationē hanc esse dicunt iuris pontificij consulti, quia matrimonium quoddam inter episcopum & ecclesiam intelligitur contractum esse, quod hominum arbitrio dissolui non potest, iuxta illud, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Itaque aiunt cum qui episcopio se abdicauit, in alia ciuitate eligi & ordinari posse, quod priori vinculo matrimonij obstrictus esse prælato. Sed profectò longè alia ratio veteres

e. d. c. episco-
pū c. propter.

7. q. 1.

f. lib. 5. eccl.
histo. c. 11.
z. lib. 1. c. 19.

x. not. in c.
vlt. de post.
prælato.

ad

Ad id constituendum impulit, quæ concilio Sar-
 dicensi apertissimè expressa est, cuius cōcilij hæc
 verba sunt è Græco in Latinū sermonē cōuersa,
 cano. i. Osius episcopus dixit, non minus mala „
 cōsuetudo, quām perniciosa corruptela funditus „
 eradicanda est, ne cui liceat episcopo de ciuita- „
 te sua ad aliā cīnitatē trāsire. Manifesta est enim „
 causa qua hoc facere tentat, cūm nullus in hac re „
 inuentus sit episcopus, qui de maiore ciuitate ad „
 minorē transiret, vnde apparet avaritiæ eos ar- „
 dore inflamari, & ambitioni seruire, & vt domi- „
 nationē exerceant. Si ergo omnibus placet, vt „
 huiusmodi pernicies austrius vindicetur, nec „
 laicā communionē habeat, qui talis est? Vniuersi „
 dixerūt, placet, etiā si talis aliquis extiterit teme- „
 ratim, vt forsitan excusationē afferat, quod po- „
 puli literas acceperit, cūm manifestū sit præmio „
 & mercede paucos, qui sincerā fidē nō habent, „
 potuisse corrūpi, vt clamaret in Ecclesia, & ipsū „
 petere videretur episcopū, omnino has fraudes „
 remouendas esse damnamus, ita vt nec laicā cō- „
 munionē in finē accipiat talis, quod si vobis om- „
 nib⁹ placet, statuite. Vniuersi dixerūt, placet. Hu- „
 ius autē canonis pars tantū posterior extat, in c.
 2. tit. de elect. lib. i. Decreta. sed à iuris pontifi-
 cij doctoribus, qui ex fonte non hauserunt, pa-
 rum rectè explicata. Eandē quoque rationē cō-
 firmat Leo pótifex in quadā epistola his verbis,
 Si quis episcopū suæ ciuitatis mediocritate des- „
 pecta administrationē celebrioris loci ambierit, „

DE SAC. ECCL. MINIST.

" & ad maiorem plebem se quacunque ratione
" transtulerit, à cathedra quidem pellatur aliena:
" carebit etiam propria, ut nec illis praesideat, quos

b. c. si quis epi- " per auaritiam concupiuit, nec illis, quos per su-
scopus, 7 q. 1. perbiā spreuit^b. Et Theodorit^c. clare testatur
c. lib. 5. eccles. authores canonum huiusmodi trāslationes pro-
e. 8.hibuisse, vt ambitionem præciderent. Illud non
d. in eccles. hi- possū non admirari, quod Socrates^d, priscis
storia. canonibus hanc trāslationem episcoporum ve-
titam fuisse negat, ideoque Proclum quendam

e. lib. 2. Tri- qui Cyzicenus erat episcopus, Constantinop.
par. c. 8. episcopum ordinari potuisse contendit^e. cano-
nes enim ante id tempus de ea re editi hodie re-
periūtur, quos supra indicauimus. Verum enim
uero mutatio hæc tantam potest vtilitatem ali-
quando afferre ecclesiis, vt non immeritò tol-
rari debeat. Canones siquidem mutationem se-
dis interdicentes, de ea non intelliguntur, quam
necessitas vtilitásque ecclesiarum flagitat, sed
quę ex cupiditate & ambitione episcoporū pro-

f. c. mutatio- fiscitur f. Cuius rei exēpla apud Socratem va-
nes c. scias. c. episcopus, 7. ria leguntur in historia ecclesiastica, cuius modò
g. 1. mentionem fecimus^g. Et quædam alia pontifex

g. lib. 2. Tri- Antherius refert, vulgoque receptum ac proba-
par. c. 8. Theo tuin est, quod is de Petro ex Antiochia Romam
dor. lib. 5. c. 8. translato scribit, tametsi de ea re nonnulli dubi-
h. d. c. muta- tent^h. Sed ne prætextu vtilitatis ac necessitatis

leges ecclesiasticae eludantur & infringantur,
i. toto. titu. de hodie vnius Romani pontificis arbitrio hæc
trāsla. episco. transferendi facultas omnino cōmissa estⁱ. Qui
alii

alia via ad episcopalem sedem aspirauerit, pœna
aduersus eum iure pontificio statuta est, vt mu-
nere utroque careat^{1.}

*l.c. si quis epi-
scopus. &c.
sc. q. 7. q. 1. c.
quato, de trâf-
la. episc.*

*Quale sit nominationis ac presentationis ius iis
competens, qui patroni ecclesiarum di-
cuntur.*

Cap. 4.

Præter episcopos canonicosque, quorum ante mentio facta est, sunt alia quædam personæ,
quarum voluntas & consensus interdum in or-
dinandis ministris ecclesiarum requiritur.
Nam si quis sacram ædem condiderit, atque co-
stituerit clericum, qui sacri ministerij curatione
habeat, nominate ei licet, & episcopo offerre, vt
ab eo si idoneus iudicatus fuerit, ordinetur, nec
potest episcopus absque ea nominatione quen-
quam in huiusmodi Ecclesia ordinare. Id enim
non solùm canonibus pontificiis, sed etiam iure
civili constitutum est^{m.} Sicut enim institutum
ciuius meritò commendatur, qui pio affectu reli-
gioſoque ductus de sententia consilioque anti-
stitis sui rem suam consecrat Deo, eiusdem pro-
prietate amissa, ita æquum visum est eum ali-
quid iuris retinere, quod pietatis ipsius singula-
risque in ecclesiam voluntatis perpetuum mo-
numentum esse possit. Idque adeò probatur, vt
vulgò proditum sit, tale ius ei competere, quan-
uis nominatim non receperit in constituenda
Ecclesia^{n.} Nec multum refert, vt hoc ius reti-

*m.c. decerni-
mus, 16. q. 7.
nonel. 67.*

123.

*n.c. significa-
uit, ut testi.*

D E S A C . ECCL. MINIST.

neat, an basilicam fundauerit, in suoque solo
aut extruxerit ab initio, aut dirutam collapsam
que restituerit, an vero ad aedificij ministerio-
rumque tutelam redditum ei vectigalque certum

o.c. filii. 16. largitus fuerit. Nam sine redditibus, qui dotes
q.7- ecclesiarum in quibusdam canonibus non male
p. c. decretū. dicuntur, ut dotes prædiorum apud Papinias
10. q.1.
q. l. 3. de in- num, nec quicquam aedificaretur ecclesia.
struc. leg.

r.c. monastic- Quanuis ergo dominus sit eius soli, in quo ba-
rii. 16. q.7. silicam aedificat, aut earum rerum quas Ecclesia
constituta donat: tam in ratio iuris non patitur,
ut post consecrationem dedicationemque is lo-
cus, aut aliæ res Deo consecratæ, in eius domi-
nio manere dicantur, quanuis eo verbo qui-
dam abusi fuerint. Itaque patroni appellatio-

magis quam domini ei conuenire credita est,
quasi Ecclesiæ defensor propugnatörque tantum
sit. Potest & idecirco patronus appellatus vide-
ri, quod cum eo qui seruum suum manumisit, a-
liquam similitudinem habeat. Is enim etsi do-
minus serui manumissi esse definat, tamen ius
quod dicitur patronatus in iure ciuitatis, in eum
perpetuò obtinet. Horum vero patronorum
duo sunt genera, Vnum est laicorum, ad quos
nomine suo ex iis causis, de quibus loquuti fu-
mus, id ius pertinet: Alterum est ecclesiastico-
rum, quibus non suo nomine hoc competit,
sed Ecclesiæ potius, cuius gubernationem ad-
ministrationemque habent. Operæ pretium igit
tur est ea iura, quæ patrono post Ecclesiæ con-
stitutionem

stitutionem supersunt, breuiter & summatim
perstringere. Quorum illud primum præcipu-
umque habetur, quod iam attigimus, nempe
corum qui ecclesiis præficiendi sunt, nomina-
tio. Sic enim à veteribus linguae Latinæ autho-
ribus dicitur. cui vocabulo & Græcum, quo
Iustinianus vtitur, respondet, vulgus præsenta-
tionem vocat. Verùm hominem idoneum & fa-
cro munere dignum, idque intra certum tem-
pus nominare patronus debet. Nam patrono
laico tempus quatuor mensium, ecclesiastico sex
ad nominandum iure pontificio præscriptū est.
Quo tempore præterito absque patroni cōsen-
su liberū est episcopo Ecclesiæ ministrū ordina-
res. Quāvis autē nominādi ius habet patronus, s. tit. de iur.
in eum tamē qui ab episcopo ordinatus est, nul. patro. in 6.
lam sibi potestatem vindicat. Quare ne ob cul-
pam quidem gradu suo deiicere eum potest, sed
hoc ad antistitis officium spectat. Nec verò re-
rum Ecclesiæ administrandarum ullam habet
facultatem, sed quia patronus est atque defen-
sor Ecclesiæ, si malè versari ministros deprehen-
derit, non solum admonere eos & increpare, ve-
rūmetiam deferre, tam apud magistratū ac prin-
cipem, quam apud episcopum poterit. Sed & si t. c. filii, 16.
ad inopiam fuerit redactus patronus, ex pro- 9.7.
uentibus Ecclesiæ ali sustentarique debet v., li- v. c. quicun-
que. et eorū dispensationem alias non habeat. Nam que. 16. 9.7.
& is qui seruū manumisit, cui hunc quadamte- c. nobis, de-
bus similem esse diximus, à liberto suo alimenta iur patro.

DE SAC. ECCL. MINIST.

z.l. si quis à li- quoque exigit iure ciuili x. Ius igitur patronorū
 beris, de lib. in ecclesiis in iis ferè consistit. Et notandum est
 agnos. a.c. considerā mortuo patrono id ius ad hæredem ipsius tran-
 dum, 16. q. 7. sive^a. Ac si plures existant hæredes in solidum
 quidem patroni sunt, non pro partibus hæredi-
 b.c. 1. de iure tariis^b. Verùm quod ad nominationem, de qua
 patro. h̄c differimus attinet, non singuli hæredes in
 solidum ius nominationis habent, vt melior sit
 occupantis conditio, sed omnes simul nominat
 ac eligunt, in qua electione stirpium magis, quam
 capitum rationem habendam esse constitutum
 est, ita vt plures vnius patroni hæredes, vnius
 c. cle. 2. de iu- tantum personæ vicem sustineant^c. Huius quo-
 re patro. que iuris donatio permutatioque permittitur^d.
 d. c. ex insi- Sed quia iuris diuini aliquid immixtum habet,
 nuatione, de honestum visum non est iuris pontificij authori-
 iure pauro. c. bus, vt pretio cuiquam acquiratur. Ideoque ve-
 nemini. 36. q. ditio eius prohibita est, nisi vniuersitas quædam
 7. prædiorum, cui hoc ius accedat, distrahat^e.
 e.c. ex literis,
 c. de iure. c. cū
 seculū, de iure
 patro.

De iure ordinandi ministros Ecclesie, beneficiaque
 conferendi, quod tanquam caducum ad su-
 periorem antistitem deuoluitur. Cap. 5.

Quia sæpenumero contingit, vt qui ius ha-
 bent promouendi ministros Ecclesie, sive bene-
 ficia ministeriis assignata conferendi, negligen-
 tiores sint in eo negotio: æquum sanè fuit, huic
 malo atque incommodo idoneum aliquod re-
 medium quætere. Itaque canonibus pontificis
 certum

certum tempus definitum est, intra quod si Ec-
 clesiæ vacanti prospectum non fuerit, statim id f. c. licet, de
 ius tanquam caducum, ad superiores antistites sup. neg. præ-
 deuoluitur, idq; gradatim, vt qui propioris la c. nulla, de
 dus est, primū adeatur, & eo cessante reliqui con. præben.
 sursum versus progrediendo, donec ad summū g. l. p.veniūt,
 pontificem peruentum fuerit. Caducum autem depe. hæred.
 satis commodè ac Latinè dici posse videtur, non l. si quis offi-
 aliter ac Iureconsulti veteres, caducam hæredi- ciū. l. dote, de
 tam, caducum legatum, caducam dotem, ca- ritu nupt. l. 3.
 duca bona vocant. Qui versantur in foro, & de iis que in
 qui ius pontificium interpretatur, ius etiam de- test. delē. l. 9.
 uolutum, nec id quidem ineptè meo iudicio ap- de S. C. Sylla
 pellare solent. Sic enim à veteribus iuris auth- l. 2. si qu. cliq.
 ribus hæreditas, tutela, dominium, bona diuolui test. probi. tit.
 dicuntur^b. Sed vt cognoscamus, quod spatiū C. decad. toll.
 temporis singulis antistitibus, vel sodalitiis cano- b. l. pupillī, de
 nes præscripserint, sciendum est si de præsulatu solutio. l. ad
 aut cœnobiarchia agatur, trium duntaxat men- fiscum, rer. a-
 sium illud tempus esseⁱ. Sin de aliis prefecturis mot. l. in frau-
 atque ministeriis inferioribus, sex mensium^j. dē, de iur. fisc.
 Quod tempus non ex quo vacare cœpit Eccle- l. deniq; quod
 sia cōputandum est, sed ex quo antistes vel colle- feitu, de elec.
 gium vacare cā sciuit, nec impedimento aliquid c. obeuntibus,
 ei fuit, quo minus Ecclesiæ vacanti cōsuleret^m. 63. dist. c. post
 De tempore patronis ecclesiarum dato ad no- quā, 50. dist.
 minandum, siue, vt loquimur, præsentandum, l. c. nulla. c.
 quod quatuor aut sex mensium est, posteā dice- dilectus, de
 mus. Vnū hīc notādum est, quod vulgò receptū con. præben.
 video, ei qui nominatum à patrono instituendi m. c. quia di-
 cō. præben.
 O

DE SAC. ECCL. MINIST.

ius habet, id temporis spatium, de quo h̄ic disserimus, tribuendum non esse, quod canones de temporis præfinitione editi, de eo qui nominatum instituit, minimè intelligantur. Non enim videtur rationi consentaneum, ut post semestre tempus, quod patrono indulgetur ad nominandum, tantundē antistiti ad eum qui nominatus est instituendum concedatur, ne Ecclesiæ nimis diu pastoribus ministrisq; suis carētes ac destitu tæ iaceant. Itaque ut ilius esse putant iuris pontificij consulti, si moderatum aliquod tempus à superiore antistite statuatur, intra quod institutio promotiōque huiusmodi fieri debeat. Eadēmque causa eius est, ad quem electionis con-

n. not. in c. firmatio pertinet". Et hæc quidem omnia de nulla, de cōc. cessatione & negligentia eorū accipienda sunt, præben.

qui ius promouendi vel beneficia conferendi habent. Nam si promotus sit indignus, vel aliter contra canones peccatum sit, &c. caduci iure ordinatio promotiōque protinus, & ~~æquicrue~~ ad summum pontificem deuoluitur: præterquā o.c. quanquā, in inferioribus ecclesiis, ut Bonifaci^o cōstituit^o.

de elect. in 6.

Coniunctio beneficiorum, quam Unionem
vocant, quæ sit, & quibus ex causis per-
mittatur.

Cap. 6.

Genus quoddam acquirendi beneficia ho-
die vſitatum est, cùm beneficio, quod quis possi-
det, aliud adiicitur & coniungitur. Nam et si le-
gibus

gibus canonib[us]que pontificiis solutus non fuerit, tamen vtrunque obtinere potest. Cuius coniunctionis causa est vtilitas aliqua, vel necessitas Ecclesiæ, vt exempli gratia, Si duæ vicinæ ciuitates, pagi vel comopoleis sint, in quibus multitudo populi non mediocriter decreuerit, si fana diruta sint, quæ reparari ac in pristinum statum restitui facile nequeant: si duo pastores ex oblationibus commodè non possint ali, & vnu[s] pro tempore sufficere videatur^r. Ac tales magistratum coniunctiones multæ apud Iustinianum descriptæ reperiuntur, quales beneficiorum, munerūmque ecclesiasticorum sunt, de quibus h[ic] differimus^s. Ciuitatum quoque ac populorum, qui in vnum coierunt, quædam exempla reperiuntur in antiquis monumentis, veluti Albæ atque Romæ apud Litu[m]. Extat & elegans descriptio Ouidiana^t, in his versibus:

Hæc ubi narrauit, Tarium fortèmque Quirinum,

p.c. Et tempo-
ris. c. postquā
16. q. 1. c. 2.
de religio. do.
c. eam te, de
æta. Et qual.
o. Nouel. 8.
24. 25. 26.
27. 28. 29.

q.lib. 6. Fa-
sto.

Binaque cum populis regna coiffè suis:

r.glos. in d. c.
Et temporis,
& in c. 1. ne
sede vacante.

Et lare communi socios generosque receptos,

His nomen cunctis Iunius, inquit, habet.

Hæc autem coniunctio tribus modis fieri posse dicitur^u. Primus est cùm duæ Ecclesiæ in vnum veluti corpus confunduntur & coalescant, adeò ut vna Ecclesia, vnum ministeriū, vnumque beneficium, non duo verè dici possint. Et haec cōfusionē Iustinian^o verbo Græco ἐνωσιν, alij vulgā f. Nouel. 28. vñionem, quasi verbū verbo reddentes, sed non

O ij

DE SAC. ECCL. MINIST.

satis Latinè vocant. Itaque beneficium , quod
huiusmodi accessione auctū & amplificatū est,
non modo σωματικόν, vt noster Pomponius lo-
quitur, sed etiam ἡγεμονία rectè appellabitur ^t. Se-
cundus modus est, cùm ita connectuntur Eccle-
siæ, vt in vnum quasi corpus minimè conflétur,
sed vt vna superior sit ac principalis, altera infe-
rior & accessoria. Quo casu in inferiore vica-
rius, qui sacrum ministerium obeat, constitui so-

*t.l.rerū mix-
tura, de vfa-
cap.*

*v.c. extirpan-
de. § qui ve-
rò, d. præbē.
x.c. I. ne se-
vac.*

*a.c. ex tēpo-
ris, 16. q. i.*

*b.c. quod trāſ-
lationem, de
off. leg.*

*c.c. sicut uni-
re, de excesso
prælato.*

*d.c. dudū, de
reb. ec. nō al.
in 6.*

e.cle. si vna,

ade reb. eccl.

non alie.

f.cle. in agro.

§ adhæc, de

*statu mona-
cho.*

let ^v. Tertius modus est, cùm neutra subiicitur
alteri, sed ambabus suum titulū gradumque re-
tinentibus, idem minister præficitur ^x. Sic enim
à Gregorio Cumanam Musitanamque ecclesiā
copulatas legimus, vt quanuis utraque maneret
episcopalis, vnum tamen atque eundem episco-
pum haberet ^a. Sed quæritur, cuinam hoc ius
coniungendi beneficia competit. Et certi iuris
est, Romanum tantummodo pontificem duos
episcopatus coniungere posse, adeò vt ne legato
quidem eius id liceat ^b. Aliarum verò ecclesiarii
ēwōis, & colligatio episcopis cuiusque ciuitatis
ac diœceseos permittitur ^c, modò vt collegij ec-
clesiastici consensum adhibeant ^d. Beneficium
tamen episcopio suo adiungere, vel collegio cō-
sentiente, eos non posse constitutum est ^e. Ar-
chimandritæ autem hanc coniungendi potesta-
tem nō habent, sed ipsis consentientibus, episco-
pi cùm opus est, id exequūtur ^f. Verùm animad-
uertendum est, ita demum hanc beneficiorum
coniunctionem valere, efficacemque esse, si ob
manifestam

manifestam Ecclesiæ utilitatem necessitatēmve
fiat, idque causa cognita, & iis omnibus voca-
tis, quorum interest. Qua de re celebria Oldra-
di atque Decij responsa in manibus sunt^b. Est
enim valde alienum à ratione, & canonibus
Pontificiis contrarium, ut absque graui causa &
necessitate duabus ecclesiis præficiatur unus,
aut duobus in Ecclesia muneribus fungaturⁱ,
ac multo magis ut duas ecclesiias ad unam redi-
gendo, cultus diuinus aliquod decrementum
recipiat. Proinde quisquis contendit *ivōσι* ac-
quisitum sibi esse beneficium, ritè ac solenniter
eam factam docere debet, siue à Romano epi-
scopo, siue ab alio quocunque antistite facta
proponatur^l.

*g. c. 1. ne se.
vac. c. expo-
suisse, de præb
c. cludum, de
reb. ec. in 6.
b. Old. conc.
261. Dec. cō.
275.
i. c. cū nō igno-
res, de præb.*

De fiduciis ecclesiarū tam perpetuis quam temporariis,
quæ commendationes dicuntur. Cap. 8.

*l. l. actor. C.
de prob. Old.
¶ Dec. vbi
sup.*

Priscis temporibus cum Ecclesiæ vacanti pa-
stor idoneus statim præfici non poterat, interim
ut ea evitarentur mala atque incommoda, quæ
ut plurimum *ἀναρρίζει* parit, solebat Ecclesia va-
cans probo alicui viro commédari & commit-
ti, qui tanquam tutor quispiam aut procurator
bona fide actus sui rationem redderet. Hic enim
pastor Ecclesiæ non erat, & ad tempus solum cō-
stituebatur^m. Itaque poterat & alterius Ecclesiæ ministro hæc curatio administratioque manda-
ti. Non enim contra canones pótificios duabus

*m. c. constitu-
tum, 7. q. 1.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

ecclesiis præfici videbatur , aut ab vna ad aliam
 transferri,cùm vnius Ecclesiæ pastor perpetuus,
 n.c.clericū.c.
 qui plures.²¹
 q. i. c. obitū.
 c.Gatinensis,
 61.dift.c. dn-
 dum,2.de e-
 lectio.

alterius verò custos temporarius esset ". Sed nec illa inquisitio vsqueaque adhibebatur, quā in promotione pastorum ministrorum necessariam esse diximus . Proinde ei qui monachus non erat , siue regularis , vt vulgo loquuntur , monasterium poterat commendari , dot tec aliquis ex sodalibus hetæriarcha electus creatusque esset . Verum res longè utilissima , & ad consulendum ecclesiis vacantibus inuenta & excogitata , tandem in ipsatum perniciem pestemque mirabiliter cōuersa est . Nam quibus per canones non licet præfici ecclesiis aut monasteriis , moribus comparatum est , vt eisdem Ecclesiæ vel monasteria imperpetuum , & quandiu viuūt commendentur . Atque ita concipitur formula huius commendationis in diplomatis pontificiis , vt libera non solum dispensatio rerum , sed etiam consumptio atque dissipatio ipsis permis sa intelligatur . Et sanè mirum est homines ingeniosos , qui sicut hunc commenti sunt , tantæ corruptelæ non aliud colorem quæsiisse , nem tam apertè despici canones , & palam ludibrio haberi viderentur . Quasi verò consilium eorum non cuiuis notum perspectumque sit , qui hac arte corruptelam maximam tueri & adumbrare conantur , qui verbis decoris obuoluunt vi-
 gili μοχθηπίαν . Itaque etsi vetus nomen adhuc re-
 manserit ,

manserit, & Commendatio dicatur hoc benefi-
 cij acquirendi genus, quod Latinè & propriè fi-
 duciam appellari posse crediderim, tamen res
 sic immutata ac deleta est, vt priscæ illius fidu-
 ciæ, de qua iam diximus, vix imago quædā vñ-
 bræue supersit. Vnde vulgò dicitur, titulū hunc
 fiduciariū bodie à legitimo titulo nihil differre
 : & fiduciarium administratorē perinde ac iu-
 stum verūmque gubernatorem Ecclesiæ fructus
 sibi acquirere, quanquam si ad veritatis amus-
 sim, & veterum institutorum normam hæc exi-
 gere velimus, neuter rebus Ecclesiæ aliter quām
 vt commendatis vti debet. Idque Leo pontifex
 ait, & nos suprà annotauimus p. Nec aduer-
 latur huic sententiæ, quòd Commendare apud p. c. fine exce-
 iuris authores nihil aliud est quām deponere. ^{2.}
 ac idcirco custos & procurator tantùm videtur
 dici debere, qui hac ratione promouetur ^{q. l. c. lucius,}
 quoniam, vt diximus, plenior illa conceptio ^{daref. c. l. de}
 diplomatis pontificij, & mores vbiique recepti
 faciunt, vt non simplex custos, depositarius,
 procuratōrue, sed dominus quodammodo ^{ro-}
 beatur. Nam & procuratores in rem suā ap-
 lantur à iureconsultis, qui nihil minus quām
 curatores sunt, & suum, non alienum neg-
 gerunt. Et certum est huiusmodi proc-
 bus fiduciarios istos dispensatores aut oquimur,
 dicā, fucaros dissipatores, de quibus ^{i. e. gratia,}
 perquā similes esse, cùm ipsis nō Ecclesiæ administratio
 sed sua potius (ut rectè quidā aiūt) ad. ^{uij}

DE SAC. ECCL. MINIST.

*f. Alc. in l. pa.
Eum curato.
C. de pax.*

*t. l. i. §. si sic
deposituero, de
pos.*

*v. c. nemo, de
elect. i. 6. not.*

*in c. si consti-
terit, de accu-
tio.*

concedatur s. Atque hinc fit, vt fiduciæ huiusmodi perpetuæ nunquam reuocentur, quanuis depositum mandatūm ue simplex reuocari pos- sit. Illud postremò annotandum est, quod Ro- pontifex episcopia monasteriæque imperpetu- um commēdandi potestatē sibi vnum vindicat, codēmque iure vtuntur cæteri episcopi in fana ministeriæque parœciæ suæ, exceptis curationi- bus animarum, quas ad semestre solum tempus

commendare possunt v.

De pontificiis diplomatis, quæ vulgus gratias exspectatiuas, & mandata de prouidendo appellat, copiosa disputatio. Cap. 8.

Inter genera distribuendorum Ecclesiæ be- neficiorum, quæ hodie vſitata sunt, vnum longè celeberrimum est, de quo iam dictuti sumus, per diplomata scilicet pontifica, quæ vulgo mā- data de prouidendo & gratiæ exspectatiuæ ap- yellantur. Ex aula siquidem pontificis Romani officiſcuntur diplomata, quibus mandat ac recipit beneficia quibuslibet conferri in diem eorum sacerdotum ac ministrorum, qui iuntur. Conuenit tamen inter omnes t sunt iuris pontificij enarratores, hanc um distribuendorum rationem apud i non fuſſe. Cuius rei argumentum juam probabile, quod ne in volu- cretorū, quod Gratianus edidit Ilæue mentio horū diplomatiū reperitur.

reperitur. Auaritia etenim aulæ pontificiæ , post aliquot secula, hoc nouum pecuniæ aucupium adinuenit, quod nunquam yeteribus in mētem venerat. Ac tametsi speciosæ rationes adduci soleant, quibus tanta ἀισχροκέρδεια tegatur & excusetur, tamen res ipsa loquitur, & nos quotidie satis docet experientia, quantum hæc lues pestisq; noceat Ecclesiæ. Nam imprimis occasio datur captandæ mortis alienæ , præsertim sceleratissimis & profligatissimis hominibus , qui talia diplomata ferè impetrant. Iurecōsulti veteres, quibus hæc Euangelij lux nondum affulserat, pacta conuentionesque detestantur, quibus hæreditatem suam quis promittit alteri, ne eius hæreditatis spe ad optādam promissoris morte inuitetur, cùm tamen verisimile sit, inter notos homines & amicos huiusmodi pacta iniri, & eum qui ita paciscitur ac promittit , probabili aliqua causa adduci, ut alteri fidat. Hoc autem diplomatum genere beneficium non ei quem eligit charūmque habet beneficij possessor, cuīque iusta aliqua causa est confidendi, sed homini plerunque nō solum ipsi ignoto, sed etiam improbo ac maleuolo, quem libuerit Ro. pontifici nominare, confertur aut conferri mandatur. Deinde lites & controversias innumerabiles pariunt hæc diplomata, quibus nec Reip. quicquam est exitialis, nec Christiano homine indignius. Verissimum enim est quod Isocrates homo à nostra religione alienus scribit, officium esse boni princi-

pis eas leges condere, quę inter ciues quām paucissimas lites gignant. Nec dubium est cordatis hominibus, nedum Christianæ religionis cultoribus, hanc partem iuris pontificij probari non posse. Hęc enim diplomata tantū offundūt ubique tenebrarū, tantamq; fraudibus & strophis forensibus fenestram aperiunt, vt alię super alias contentiones & lites hinc quotidie exoriantur, ac velut Anabatarum more pugnēt litigatores & causidici, nec iudices quamlibet perspicaces facile ius & æquum in tanta caligine perspicere possint. Quae res efficit vt astutissimus quisq; callidissimus & improbisimus, quanuis nullo iure aut titulo nitatur, səpius in hoc certamine victor euadat, & simpliciores homines libera liotisque ingenij iustissimam caussam amittant. Nō enim libēter tam odiosis litibus sese implicari sinunt, & ancipitem iudiciorū aleam reformat, cùm pr̄sertim ad strophas eludendas, quas fraudulēti captiosique homines facilē hīc cōminiscūtur, nati assuefactique nō sint. Quid? quod in his litium anfractibus ingenti sumptu opus est, cui sufficere nequeant in opes clerici, idēoque opulentioribus cedere coguntur? Pr̄tereā hęc πολυπραγμοσύνη pontificum ἀλογίας οκόπων & ipsos auertit à proprio munere functio neque sua, & alios antistites non sine aliqua fortassis iniuria inturbat, vt neutri in tanta confusione munus suum obire possint. Ac vt summatim omnia complectar, nec necesse habeam speciatim

speciatim cnumerare, quæ in canonibus concilij Basiliensis prescripta sunt, illud dicam, quod aulæ Romanæ quidam alumnus^a ab alio nescio *4. Gomesius.*
 quo acceptum in commentaria sua referre non dubitauit. Nempe huiusmodi pontificum diplomatis ius canonicum funditus eversum destructumque esse. Sunt tamen nonnulli, qui studio, ut credibile est, pontificibus blandiendi, asserunt, quicquid habent iuris reliqui episcopi in re beneficiaria, id Rom. pontifici acceptum ferendum esse, quasi omnia ab ipso tanquam fonte aliquo prodierint. Et cum possit iure suo totius orbis beneficia arbitratu suo dispensare ac distribuere, præclarè cum cæteris agi censem, si partem aliquam benignè scilicet eis largiatur & indulgeat^b. Sed quæ fuerit olim episcoporum in hac re potestas atque authoritas satis antè demonstrauimus lib. III. Ut autem concedamus Ro. pontifici quiduis impunè hic licere, tamen omnes boni, ut spero, mihi assentiéntur, nō modò quid liceat, sed etiā quid honestū sit ab eo spestandum esse. Quid autem indecentius ac fœdius in Ecclesia potest esse, quam hæc ministeriorum, functionumque ecclesiasticarum perturbatio^c? Mitto quod pessimè videntur pontifices Romani sibi suæque maiestati consulere, cum eo nomine, ut cæterá missa faciam, quæ non sunt huius instituti, tantam apud Christianum populum sibi conflent inuidiam, ut nisi Deus aliquis huic rei prospiciat, magnum

*b glof.c. quā-
quā, de elect.
in 6.*

*c.c.peruicit,
11.q. 1.*

ab vniuersa ruina excidioque periculū sit. Quāto circunspectiūs Lacedēmoniorum ille rex, qui vxori obiurganti, quod minus ac humilius regnū filiis esset traditurus, quām accepisset, Ego, inquit, eo maius relinquam, quo diurnius. Verūm ut ex diuerticulo in viam redeamns, certum exploratūmque est ius quo vtimur, quacunque ratione id constitutum fuerit. Quod vt intelligamus, animaduertēdum est, cùm primū Romani pontifices cōperunt vbiue terrarum beneficia dispensandi facultatem sibi vindicare, parcē admodum ac moderatē ipsos ea potestate vlos fuisse. Non enim imperiosis istis diplomatis terrebant statim episcopos, & ad sibi parentum cogebant, sed vt leuiter primū tentarent eorum patientiam, literis monere eos ac rogare solebant. Sed cùm preces & monita grauate ab episcopis reciperentur, ac plerunque ea contemnerent, mox in præcepta conuersa sunt. Verūm ne ea quidem satis neruorum habuere, cùm beneficium interim collatum alij adimēdum non videretur, sed contumacia tantūm non obtemerantis plectenda. Itaque ratio tandem excogitata est, qua beneficiorum dispensatio ad pontificis Romani potestatem & arbitrium omnino reuocaretur, datis nempe per diplomata executoribus, qui aut episcopos ad parentū cogerent, aut eis imperium detrectantibus ipsi conferrēt. Sic precibus primum vſi pontifices Romani, deinde iussu ac minis, postremō vi aperta, hanc sibi

sibi potestatem comparauerunt. Prospiciebant enim episcopos æquiore animo iugum accepturos, cui paulatim assuefissent, quam si id ab initio per vim ceruicibus eorum esset impositum: sicut Milonem ferunt eò facilius taurum gestasse, quod eundem adhuc vitulum crebrius ferre solitus fuisset. Ac fuit tempus, cum hic ritus obseruabatur, ut trinas literas eiusdem beneficij nomine ad episcopos mitteret pontifex, quarum una monita tantum, alteræ præcepta, postremæ legis actionem atque executionem complectentur. Verum hoc ritu antiquato, in quo veteris moris quedam velut reliquæ conspiciebantur, ultimas solùm, id est, executorias usus Romanæ aulæ ad hunc usque diem retinuit: quæ effatum habet in octo mensibus tantum, ut canon pontificius docet. Nam quatuor menses liberos habet reliqui episcopi, nec beneficia eo tempore vacantia coguntur iis conferre, qui talia diplomata impetrant, quanvis nullo non tempore pontifex Romanus beneficium vacuum iure occupationis conferat. Sed et si nullum à pontifice diploma impetratum fuerit, dubium non est, quin ceteri antistites in sua quisque parœcia, ecclesiis quocunque tempore anni vacantibus prouidere possint. Sunt autem huiusmodi executorum pontificis Romani duo genera. Quibusdam enim ita mandatur executio rescripti pontificij, ut antistites & collegia compellant ad beneficium conferendum, sacra communione eis in-

DE SAC. ECCL. MINIST.

terdicta, non etiam ut ipsi beneficium conferat,

d.not. in c. aut in possessionem mittant^d. Itaque hoc man-
abbatim, de dato ita demū potestas conferendi adimitur an-
r/ script. tistitibus, si irritum & inane decreuerit ponti-

e. c. si soli de sex quicquid aduersus ea factū fuerit^e. Alij sunt
co, con. pre- executores ad prouidendum vulgo appellati,
ben. in 6. quibus à Romano pontifice mandatur, ut negli-
gentibus episcopis, ipsi prouideant Ecclesie, qua-
de agitur, & beneficium conferant. Estque ma-

gna vis & potestas huius mandati, quia simu-
lātque oblatum est episcopo vel collegio, om-
nem prouidendi Ecclesiae facultatem continuo
amittit, & quasi vinculo quodam iniecto con-
strictas manus habens, beneficium amplius da-
re non potest^f. Sed hoc ius Leonina constitu-

f.c. si capitu- tione, cuius sēpe meminimus suprà, magnope-
lo, de con. re in Francia immutatum est. Nam ea constitu-
præb. in 6. tione modus diplomatiū quasi vestigialis cuius-
dam ab antistitibus exigendi definitus est, ita vt
nulli pōtifici Romano toto sui pōtificatus tépo-
re plura cōcedere liceat. Est enim cōstitutū vt in
eos antistites, qui decē beneficiorū distributio-
nem habēt, uno diplomate cōtētus sit: in eos ve-
rō quibus quinquaginta, aut eo amplius benefi-
ciorum dispensatio cōpetit, duobus diplomatis
possit vti. Deinde ea cōstitutio nulla diplomata
probat, quibus beneficiorum nondū vacantium
spes offeratur, nisi verbis, ita vt cōstitutū est, cō-
ceptis perscripta fuerint. Est enim præscripta for-
ma & cōceptio diplomatis pōtificij, qua præter-
missa

missa vel mutata, mandatum pontificis irritum nullumque habetur. Quod tamen est ita accipendum, si quid contra voluntatem ac sententiam eorum, qui formulæ exemplum proposuerunt, vel adiectum, vel detraictum fuerit. Nam qui existimant id exemplum omnibus negotiis conuenire, ut ne tantum quidem ex eo immutare fas sit, per similes iis sunt, qui ex vulgaribus exomologeseos formulæ peccata enunciant fæcilius, etiam ea quæ non admisere coifentes. Extat autem formula rescripti sive diplomatis in ea constitutione Leonis plenè descripta, quæ nos hic integrum non referemus, præcipuas tantum eius clausulas discussuri & explanaturi.

Prima igitur clausula diplomatis est, qua p̄t̄fex Ro. excommunicatum absoluit, hactenus ut diploma ei concessum valeat. Nam aliàs rescriptum ab eo, qui summotus est à sacra cōmunione impetratum nullas vires habet. Effectus autem huius clausulæ ad nullam aliam rem potrigitur, adeò ut plerique tradiderint, nisi excōmunicatus postea absolutus fuerit, beneficiū ei praetextu diplomatis conferri non posse. quæ sententia non solum Leonis formulæ, sed æquitati etiā ac rationi cōgruit. Interdum quoque hæc clausula ne ad diploma quidem, de quo hīc loquimur, confirmandū prodest, sed eas exceptiones, quæ ab aliis collectæ sunt, omitto. Facile autem hinc perspici potest, quod antè dixim⁹, singulas hui⁹ formulæ clausulas nō in omnib⁹ diplomatis

*g.c.i. de re-
scr. in G.c.po.
stulatis, de
cler. excom.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

necessarias esse. Quid enim si is cui conceditur diploma, piorum ac fideliū communione summotus non sit?

Secunda clausula est, qua pontifex oīnnia beneficia eius, cui diploma conceditur, cum verborundem estimatione ac precio, pro expressis habet, quanuis expressa fortè non sint. Nam re-

scriptum tanquam obreptitium careret viribus,

nisi pōtifex huius expressionis gratiam faceret^b.

h. c. si propo-
nente, de re-
scrip. c. si mo-
tu proprio,
de præben. in
6.
huius clausulæ, pro expressis habenda non sunt: quia hanc extensionem formula non admittit. Sed ne hæc quidem clausula ubique necessaria est, cum beneficia non habentibus constet eam omnino superuacanciam esse. Eadēmque est sequentium ferè clausularum ratio.

Tertia clausula est, qua pontifex exprimit, scilicet nōmine postulante, diploma vltro concessisse, quæ clausula omnem obreptionis suspicionem tollit, efficitque ut ea tacuisse nihil noceat, quibus alioquin non expressis pontifici obreptum

i. c. si motu videreturⁱ. Non enim ob conceptionem diplo-
proprio, de matis arguendus est is, qui ipsum non impetravit,
præben. in 6. sed vltro sibi delatum accepit, tametsi fortè
& reg. cæcl.

contra leges, aut canones concessum fuerit^j.

I. l. i. C. de Hæc clausula tamen non impedit, quominus
pet. bo. sub.

vitia personæ, quæ diplomate iuuari vult, ipsi

m. glof. le. si c. obiiciantur, quasi legibus canonib[us]que solu-

Romanus, de tuis sit à principe, idque vulgo receptum est.^k

præben.

Alij sunt præterea varij effectus huius clausulæ,

de

de quibus cæteri diligenter scripsere".

Quarta clausula est, qua pontifex ostendit non purè ac simpliciter se mandare, sed ita demum si pro alio non scripserit. non enim velle intelligitur pontifex plurium beneficiorū dispensationē ab ordinario antistite exigere^o. Et hæc quoque clausula satis demonstrat hanc formulam pro varietate negotiorum mutari posse. Quid enim si antistes quinquaginta beneficiorum conferendorum ius habeat? Nonne ex iam dictis constat pontificē Romanū duorum beneficiorū donationē sibi vindicare posse? Itaq; cōditio ita cōcipi poterit, si pro duobus aliis nō scripserimus.

Quinta clausula est, qua Romanus pontifex canonicum creat eum, cui diploma cōcedit, hac fini vt ad honores ecclesiasticos aspiret. Idque propter morem ecclesiarum sit, quo honorem ecclesiasticum consequi nemo potest, nisi in canonicorum collegium ascitus fuerit. Et quia hi canonici honorarij suffragia ferre dicuntur, & quædam alia huiusmodi iura habere, quanuis nulla sit eis annona adhuc attributa^p: ideo Romanus pontifex ne canonicorum numerum augendo eos oneret, non simpliciter hīc canonicum creat, sed cum hac adiectione, vt dignitatē siue administrationem obtinere possit.

Sexta clausula est, qua pontifex exprimit se beneficium dyntaxat conferri velle, quod post mensem quam oblatum fuerit antistiti diploma vacauerit. Nam alioqui periculum erat, ne tan-

P

n. Fel. in c. ad
aures, de re-
scrip. c. cass-
ian. i. c. vlt.
de test. Sta-
phil. de lit.
grat.
o.c. mandā-
tu de rescrip.

p. c. pro illo-
rū, de pr. ab.

DE SAC. ECCL. MINIST.

tisper mādati pontificij denūciatio sustineretur ac differretur, dum alicui opimū beneficiū habēti mortē instare exploratū esset. Sic enim futurū erat, vt munericibus expectationū donati à pontifice, opulentissima quæque beneficia auferrent. Verūm hæc clausula facit, vt appetēte hora mortis facta denunciatio non valde prosit denunciandi, cùm ante finem mensis liberum sit antistiti beneficium alij dare. clausula autē summota pontificis, candidatus non nisi certior factus de imminēte beneficiarij morte, & certa iā spe deuorato beneficio mādatū denūciaret antistiti.

Septima clausula est, qua Ro. pontifex vt legibus omnibus canonib[us]q[ue] superior, cuicunq[ue], legi, cōstitutioni, priuilegio, cōsuetudini derogat, per quā effectus diplomatis impediri posset. Hāc tenuis de eo diplomaticate, quod antistitib[us], & ceteris mittitur: quorū partes sunt, vacantibus propicere ecclesiis, & eisdem ministros præficere. Cui diplomatici aliud, ceu appendix quædam accedere solet, quod ab executione vulgo nomen accepit. Nam eo diplomaticate mandat cuiquam alij Ro. pontifex, vt non obtemperante antistiti, mādatū ipse exequatur. Nec difficilis est hæc posterior formula, modò vt prior rectè intelligatur.

De exhibitione ac denunciatione diplomatici pontificij.

Mandatum Rom. pontificis denunciari ac exhibi-

exhiberi debet, ut de nominatione postea dicemus, si que ea exhibitio antistiti aut vicario, ad quem dispensatio beneficiorum spectat, non ei cui executio mandati pontificij committitur ^{q.}
 Haec enim denunciatio est necessaria, ne alioqui possit antistes mandati ignorationem causari ^{r.}
 Quia ratione mortuo interim antistite successori eiusdem denunciabitur ^{s.} Cum autem haec rescripta pontificis perpetua sint, nullum ad ea offerenda tempus praescriptum esse videtur ^{t.}
 quanvis de rescriptis, quæ litium causa imperatur aliud constitutum sit ^{u.} Tractatum est an ea quoque appendix edi debeat, quæ non ad antistitem, sed executorem potius dirigitur: quod non videtur magnopere necessarium esse: nec formula id Leonina aperte requirit: tamen quia controversum est ius, tutius & consultius erit ut trasque literas edere.

De effectu diplomatici pontificij.

Oblatio exhibitioque mandati sive diplomatici pontificis obnoxium quodammodo obstrictumque beneficium reddit, ut alij conferri nequeat ^{v.} Quod adeò verum est, ut is qui mandatum denunciauit ac exhibuit, cæteris omnibus anteponatur, quanvis scholarum candidati sint ^{w.} Sed hoc est ita accipiedum, si beneficiū quod petitur tale sit, ut ad diplomaticā hanc pontificis dispensationē pertineat. Quædam enim

P ij

q. c. duobus,
de rescr. in 6.

r. c. si capitulū
lo, de conc.

præb. cl. cau-

sam, de elec.

f. l. qui in at-

terius, de reg.

iur.

t. l. falso. C.

de diuer. re-

scrip.

v. c. si autem,

c. plerunque,

de rescr.

a. c. si capitulū
lo, de cō. præ-

ten.

b. tit. de mād.

apost.

DE SAC. ECCL. MINIST.

beneficia his mandatis non includuntur, ut ex-
empli causa, beneficia electiva, in quibus regia
nominationi locus est ^{c.}. Item beneficia in co-
mitatu Romani pontificis vacantia, quæ ponti-
fices, quibus voluerint, dare solent, atque ita cō-
stitutum est ^{d.}. Beneficia quoque secularia iis
qui mandatum habent ad regularia obtainenda

*c. tit. de reg.
ad præla. no.*

*d. c. 2. de
præb. in 6.*

*c. §. volum⁹,
tit. de colla. in
concord.*

f. c. eum, cui,
de præb. in 6. Quod si eodem tempore pro omnibus rescriptū
c. ubi qui, de
r scrip. in 6. fuerit, tunc literarum editionis denunciationis
que tempus spectatur: in qua editione si con-
currant, poterit antistes aditus, cui visum fue-
rit gratificari ^{e.} Canon tamen pontificius in hac
duobus, gratificatione impetrationis, gradus, temporis,
ad refer. in 6. possessionis, patriæ, & quarundam aliarum re-
b reg cancel.
15. rum habendam esse rationem ait ^{b.} Fit etiam
interdum ut posterioris melior sit, quam prioris
conditio: veluti si pontifex in posteriore man-
dato disertè expresserit, ut is anteriori præfera-
tur ^{c.} Sed hæc clausula apud nos minimè reci-
cipit, quod contra Leoninam formulam adii-
cia-

ciatur rescripto. Idem accidit & cùm prior mā-
dati executionem non prosequitur^l. Quid e-
nim si iuri suo expressim renunciauerit^m? Quid
si eo negligente & alias res agente, beneficium
fortè alteri iam collatum sitⁿ? Idem & in omni-
bus casibus dicendum, in quibus mādatum ex-
tinguitur: veluti si is qui obtinuit diploma, po-
stea vxorem duxerit^o, si aliud beneficium con-
secutus sit, quod simul cum eo quod petitur re-
tineri nequeat^p. Mortuo sane pontifice manda-
ta huiusmodi expirare vulgo receptum est^q.
Quod quidem est ita accipiendum, nisi res in-
tegra esse desierit^r.

De reservationibus beneficiorum tam vniuersē
quam sigillatim factis. Cap. 9.

Affines sunt beneficiorum reservationes man-
datis pontificiis, de quibus iam differuimus. Nā
Rom. pontifex beneficia quædam sibi reservare
ac recipere solet, vt cùm postea vacauerint, ea
solus conferat, idque vel vniuersē, vel sigillatim.
Vniuersē, cùm maiores (loco exempli) dignita-
tes Ecclesie: sigillatim, cùm certi alicuius fani
beneficium reseruat. Hoc inter mandata, de 6.
quibus diximus, & reservationes istas interest,
quod illa ius tribuunt impetrantibus, his verò
nihil iuris cuiquam acquiritur, quanvis fortè
persona expressa sit, cuius gratia reseruatum
est beneficium. ideoque vacante postea benefi-

DE SAC. ECCL. MINIST.

cio, liberum est pontifici cuius alij arbitrio suo
f. not. in c. eū id dare s. Verūm hæ reseruationes Leonina
dilectus, de iu
re patro. &
in c. i. de off.
leg. in 6.
t. c. 2. de pre-
bēd. in 6.

constitutione, qua nunc utimur in Gallia, o-
ptima ratione sublata sunt, sicut & cætera di-
plomata, quibus beneficiorum nondum vacan-
tium spes ostēditur. Quod quemadmodum ac-
cipiendum sit, antè docuimus. Sed animaduer-
tendum est eas tantùm reseruationes prohiberi,
quæ à pontifice Romano fiunt. Nam beneficia,
quæ in aula Romana vacant, quæque non tam à
pontifice, quæ à iure ipso pontificio excipiun-
tur ac reseruantur, à dispensatione pontificis
non eximit constitutio^r.

De pontificum diplomatis, que vacantium
beneficiorum nomine impetrantur.

Cap. 10.

De potestate Ro. pontificis in beneficiorum
vacantiū distributione breuiter differuimus lib.
III. Verūm vt iam orsis quædam attexamus, su-
periorum capitum disputatio nos admonet. Nec
videtur docendi ratio, quam instituimus, per-
mittere, vt pontificum diplomata, quæ vacan-
tium beneficiorum nomine impetrantur, ab iis
de quibus proximè tractatum fuit, separemus.
Romanus igitur pontifex fani cuiuscunque be-
neficia quoctunque tempore anni vacent, iure
occupationis largitur, & cū omnibus Christia-
ni orbis antistitibus ita concurrit, vt eos, benefi-
cium

cium dando, anteuertere possit, idque lib. III.
docuimus. Donat & suo magis quam vlliis oc-
cupationis iure sanorum omniū beneficia, quo-
rum præfecti in comitatu pontificio mortem
obierint ^{a.}. Sed quæstio hinc existit, quam in iu-
dicio agitatam memini, An si quæ beneficia va-
cent eo tempore anni, quod Leonina constitu-
tio scholasticis viris attribuit, pontifex Roma-
nus aliis personis ea beneficia arbitratu suo do-
nare possit? Et constitutionis verbis expressum
est, liberè pontificem ea beneficia conferre pos-
se. Sed ea verba absque ullo incommodo viden-
tur posse intelligi, modò ut scholarum candida-
tis, & cæteris quibus alia parte constitutionis hi-
menses attributi sunt, conferat. Quam interpre-
tationem utilitas ipsa, quæ, vt Horatius ait, iu-
sti & æqui mater est, hoc præsertim tempore ad-
mittendum esse suadet.

De concilio Constantiano ac Basiliensi, & de Pragma-
tica Gallorum sanctione, Romanorūque pon-
tificum decretis, quibus eam aut conuellere
omnino, aut labefactare studuerunt.

Cap. II.

Antequam de nominationibus tam regis
quam scholasticorum conuentuum dicere inci-
pio, libet hic paulisper digredi, & pauca quædā
de duobus nobilissimis conuentibus Constan-
tiano scilicet & Basiliensi, in medium adducere,
quorū cognitio ad id quod instituimus, summē

P iiiij

DE SAC. ECCL. MINIST.

est necessaria. Sigismundus Imperator cùm dis-
fidia motisque ingentes videret in Ecclesia (e-
rant enim tres Romani pontifices, Ioannes
Bononiae, Gregorius Arimini, & Benedictus in
Hispania) nihil antiquis habuit, quām vt pa-
cem & tranquillitatem Ecclesiae restitueret. Ita-
que magna cura studioque perfecit, vt eius rei
gratia, consensu regum ac principum sacer con-
uentus indiceretur Constantiæ: in quo ipse cum
Ioanne pontifice interfuit. Nec sanè irritus fuit
eius conatus, nam in eo conuentu, pontificio
imperio tribus illis, quos iam nominaui, ab-
rogato, Martinus V. omnium consensu & suf-
fragiis pontifex declaratus est, & omnes ferè
contentiones sublatæ. De constitutione vero
ac emendatione Ecclesiae, quia quadriennium
iam totum in dissidentium pontificum negotio
consumptum fuerat, & nimis diu Ecclesiae suis
pastoribus caruerant, nihil confici potuit, eaque
res in proximum conuentum synodumque re-
iecta est. Duo autem memorabilia decreta eius
conuentus, & ad corrigenda vitia Ecclesiarum
magni usus extiterunt. Vnum, vt conuentus siue
synodus oecumenica, quasi à Christo protinus
accepta auctoritate, pontificem etiam Roma-
num parere suis decretis cogat: & contuma-
cem dictoque non audientem coercent. Alterum
eiusdem synodi decretū est, vt decimo quo-
que anno cōuentus Ecclesiae habeatur, ac sub fi-
ne cuiusq; conuētus, locus ad proximū celebrā-
dum

dum idoneus à pontifice Romano de sententia
totius conuentus aut ab ipso conuentu consti-
tuatur. Nec pontifici id tempus prorogare li-
ceat, ac ne locum quidem mutare, extra quam si
necessitas aliqua id flagitet, & collegarum con-
sensus accedat. Itaque mox secutus est conuen-
tus Basiliensis, recte si quis unquam alias legitimi-
mique indictus. Verum Eugenius, qui in Mar-
tini defuncti locum suffectus fuerat, modis om-
nibus hunc conuentum dissoluere conabatur,
nulla ratione decretorum Constantianorum ha-
bita, quia satis prospiciebat, nisi ea decreta dele-
rentur omnino, & perpetuae obliuioni traderet-
ur, fore ut paulatim coactis in ordinem Roma-
nis pontificibus, quorum erat iam inuidiosa po-
testas, maiorem sibi libertatem Ecclesia vindicaret.
Sed Basileę congregati patres nequaquam
ab incœpto desistunt, præter paucos quosdam
factiosos, qui ad conuentum alium Eugenij in
Italia quo iure quaque iniuria ab ipso indictum,
proficiuntur. Nam cæteri quorum & nume-
rus maior erat, & authoritas amplior, egregia
constantia vis, Eugenium ut contumacem &
factiosum pontificatu deiecerunt. Multaque
præclarè & utiliter decreuerunt in eo conuen-
tu, quorum præcipua capita partim ad authori-
tatem conciliorum asserendam, partim ad mi-
nistros Ecclesiæ ordinandos, in officioque con-
tinendos, partim ad rem iudiciariam constitué-
dam, & lites dirimendas spectant. Quare Gallo-

DE SAC. ECCL. MINIST.

rum rex Carolus VII. synodo per oratores suos id ab eo contendente, non inuitus fecit, ut ea decreta in regno suo tuenda susciperet: sed habito prius in Biturigum ciuitate procerum, antistitum, aliorumque eruditissimorum hominum atque grauissimorum conuentu, quorum authoritate & consilio adductus, ad eius synodi decreta confirmando nobilem illam cōstitutionē edidit, quæ Sanctio pragmática vulgo appellatur. Quād fœda autē ac planē miserabilis facies Ecclesiæ, quanta rerum omnium perturbatio atque indignitas tum fuerit, vel præscriptio ipsa procemiūnque constitutionis Carolinae sat is indicat. Proinde nihil ea constitutione popularius in Gallia, nihil maiore bonorum omnium plausu vñquā exceptum fuit. Ante eius promulgationem infinita emanabant ex aula pontificis Romani diplomata, quæ ordinem ecclesiasticū & hierarchiam perturbabat omnino atque peruerterebant. Antistitibus ordinandorum Ecclesiæ ministrorum adimebatur & è manibus extor quebatur facultas. Indignissimi quique passim ad munera ecclesiastica (viris sanctitate & doctrina commendabilibus præteritis) promovebantur. Et quod longè turpissimum, ac bonis moribus maximè contrarium est, non eorum modò qui è viuis exceferant, sed superstitum etiam spirantiumque hominum sacerdotia beneficiaque in diem mortis eorum, cuius captanda dabatur occasio, conferri solebant. Præterea

lites

lites & controuersiae de rebus sacris & spiritualibus Romæ disceptabantur, contra veteres canones, & alia quædam huiusmodi quotidie designabantur, quæ sigillatim hîc recenseri non est necesse. Ex quibus omnibus malorum atque incommodorum Ilias exoriebatur. Nam præter neglectam religionem, cultumque diuinum, quo nihil potest exitialius dici, exhaustebatur res nummaria pecuniis omnibus ad sacerdotiorum nundinas, id est, ad Romanam aulam exportatis. Nisi fortè quis credat, aut gratis fuisse concessa, aut paruo constitisse ea Romæ, quæ magna ex parte ad quæstum excogitata esse, nemo est adeò rerum imperitus, ut non intelligat. Adhæc litibus omnia feruebant, præsertim inter ecclesiasticas personas. Superiorem causam habens, ob difficultatem itineris, & magnitudinem sumptuum ut plurimum cedere aduersario, & manus dare cogebatur. deserebantur ciuitates populo certatim Romanam comigrante, & ut verbis Vlpiani summatim omnia complectar, viribus & viris miserè destituta erat Respublica^b. Proinde rex Christianiss. b.l.z. *denum.* Carolus cum vniuersa Gallia suæ Ecclesia facilè adductus fuit, ut Eugenij cauillationibus valere iussis, tam necessaria eo tempore decreta, quasi coelitus ad se demissa complectetur, & sanctione sua confirmaret. Scitè etenim ac vere quidam eruditionis nomine vbiique terrarum notus ac nobilis, cum quo mihi satis diu magna

& honor.

DE SAC. ECCL. MINIST.

fuit familiaritas & consuetudo, de hac sanctio-
ne loquens, Palladium Franciæ eam vocare cō-
fueuit. Ut enim Palladis illud simulachrum in
vrbe Troiana è cælo quondam cecidisse fer-
tur, ita & hęc sacratissima constitutio ad fouen-
das Palladis artes, & viros eruditione insignes
honoribus & beneficiis ornandos diuino quo-
dam fauore Gallis concessa videtur. Ac sicut
prædictū fuit ab Apolline eius ciuitatis futurū
exitium, si id simulachrum extra mœnia porta-
retur: sic illa sanctio sine maximo nostro incom-
modo è Republica tolli omnino non potuit. Ea
tamen adeò inuisa fuit Romanis pontificibus,
ob eam, de qua iam diximus, causam: vt ex an-
nalium scriptoribus constet, nunquam eos quie-
scere potuisse, donec ea si non penitus conuulta
& abrogata, at certè mirum in modum labefac-
tata imminutaque esset. Non enim obscurum
est, quibus machinis Pius II, Sixtus III, Inno-
cent. VIII, Alexander VI, Iulius II, Leo X,
eam oppugnauerint. Sed nemo acrius Pio eam
aggressus est, si nostris annalibus fides habeatur.
à quo tamen ipso cùm adhuc priuatus esset, &
Æneas Sylvius vocaretur, Synodus Basilensis
strenuè contra Eugenium defensa fuerat. Atque
hinc facile apparet, simul cum nomine muta-
tum hominem, & velut quodam circeo poculo
in aliam naturā repente cōuersum fuisse. Quod
& plerisque aliis principatu pontificio exorna-
tis aduersus omnium expectationem accidisse
ferunt.

ferunt. Hoc enim est axioma certissimum inter id genus homines: Si ius violandum est, regnandi causa violandum: aliis rebus pietatem colas. Pius igitur pōtifex à Ludouico vndeclimo Galliarum rege, miris technis edictum expressit de huius constitutionis abrogatione. Et fama est in ea coitione pontificem Ioanne Ballua Gallo homine, & apud regem gratioſo, qui ad purpuram tunc aspirabat, ſequetro & interprete uſum fuiffe. Certè conſtat Balluam magno cum impetu, & gladiatorio, ut ita dicam, animo man- data regis ad curiam centenariam detuliffe, ut ea iudicio ſuo de more comprobaret: & eo no- mine contentionem ei fuiffe non mediocrem cum regio cognitore, singularis integritatis, cō- ſtantiaeque viro, qui à fano Romani cognomi- nabatur. Is enim tam iniquæ poſtulationi quan- quam ſub principe imperioſiſſimo adeò virili- ter obſtitit, intercessitque, ut negotium confici nō potuerit. Hunc etiam conatum grauiter ad- modum ac prudēter curia ipſa repreſſit. Ac cir- cunfertur etiam nunc libellus eiusdem curiæ, quo Ludouico regi perſuadere nititur, nihil exi- tialius Reipublicæ Gallicæ poſſe contingere, quām ſi pontificis Romani ea in re deſyderio aut cupiditati potius obsequatur. Religioſior enim hīc videbatur eſſe rex, apud quem fortassis nulla non in re, ut plerunque fit, ſacrosancta pō- tificis authoritas habebatur. Idque cūm conſidero, in mētem mihi venit quod Liuius de Bac-

DE SAC. ECCL. MINIST.

„ chanalibus loquens scribit in hæc verba : Nihil
„ est in speciem fallacius quām præta religio, cūm
„ deorum numen prætenditur sceleribus. Subite
„ nim animos timor, ne fraudibus humanis vin-
„ dicandis diuini iuris aliquid immixtum viole-
mūs. Itaque totus ferè liber Ludouico oblatus
cōspectat, vt is omni religione exolutus, pontifi-
cis autoritatem in eo negotio non magnifica-
ciat, nec tam quid impotentes homines flagi-
tent, expendat & consideret : quām quid utili-
tas regni, atque adeò Ecclesiæ , cuius propu-
gnator est, exigat. Erant enim eo tempore, nec
hodie tales plerique desunt, qui aduersus Ba-
silensem conuentum, Carolinamque consti-
tutionem differentes, simplicioribus hominibus,
& diuini iuris humanique peritia non sat in-
structis facilè argutiis suis imponerent, vt Lu-
douico regi fucum eos fecisse mitum non sit.
Sed sophisticæ eorum rationes, ne dicam syco-
phanticæ, nihilomagis eruditos ac pios homi-
nes mouere possunt, quām philosophi nescio
cuius argumenta, qui niuem , qua nihil est can-
didius, atram esse hominibus persuadere cona-
batur. Et horum calumniæs ac sophismata acutæ
refellit edito nominatim hac de re libello , clari
inter Iurconsultos nominis Panormitanus at-
chiepiscopus , qui & ipse conuentui Basilensi
interfuit. Merito igitur Pij non satis piæ volun-
tati , & postulatis iniustissimis vehementer ab
omnibus reclamatum est. ideoque re infecta
cuius

eius nuncij atque interpretes abire coacti sunt.
 Quod cùm animaduerteret Sixtus, non ita mul-
 to post constitutionem annuente Ludouico, sed
 mitiorem paulo, ac pacis cuiusdam fœderisque
 titulum præ se ferente, edidit. Verùm ea quo-
 que bonorum omnium consensu, quibus Ro-
 manæ artes non incognitæ erant confessim ex-
 plora reiectaque est. Ad extreum Leo deci- *c. i. de treu.*
& pa. in ex-
lò antè exorsus fuerat, post varias coitiones, *tra. com.*
 quæ in vulgus tandem innotuerunt, non sine
 perpetuo quorundam nostratiū probro, con-
 stitutionem promulgauit, qua Pragmaticæ san-
 ctioni multū derogatum est, quanvis ea omni-
 no antiquata abrogatique nō sit, idque prius in-
 escato mirabiliter Francisco rege, factum est ut
 nouis assentiretur decretis, quæ ob eam causam
 conuentorum nomen postea semper retinue-
 runt. Maluit enim rex scenæ & tempori seruire,
 cum aliquo suo commodo, quod & ipse fatetur:
 ac de iure publico aliquid remittere, quam pro
 hac Helena toties cum Ro. pontificibus dimi-
 care, cùm præsertim ab illis non nihil periculi
 imminere sibi intelligeret. Actametsi scholasti-
 cus Lutetiæ conuentus, hoc, vt ita dicam, Palla-
 dium sibi erectum ægrè ferens à pontificis de-
 creto ad sacrum Ecclesiæ conuentum prouoca-
 set, obtinuit nihilominus Leo, vt eius prouoca-
 tionis ratione non habita, decretum suum regia
 authoritate subnixum curia céntaria recipet,

DE SAC. ECCL. MINIST.

vtque ex eius præscripto in omnibus summis imisque tribunalibus imposterum ius reddetur. Nec dubitat quisquam paulum modò versatus in foro , quin hac constitutione Leonina, tanquam certo iure in rebus iudicandis hodie vtamur.

De nominatione regia in ordinādis antiflitibus. Quales regis candidatos esse oporteat. Cap. 12.

Conuentis regiis ac pontificiis, aut, si maius, constitutione Leonina , cuius supra meminimus, honores ecclesiastici longè aliter quam nonibus statutum sit, in Francia deferuntur: ita ut nec electioni, nec postulationi ullus hodie sit locus relictus. Itaque duplex hosce honores conferendi genus apud nos usitatum est, per nominationem scilicet regiam , & scholasticam , de quibus sigillatim hīc tractabimus . Nominatio autem verbum est maximē huic rei accommodatum & appositum , quo & veteres Latinos autores in re non adeō dissimili usos fuisse cōpedit. lib. 2. epi. „ rimus. Plin „ Sic illa die , qua sacerdotes solent nominate, quos dignissimos sacerdotio iudicāt, e. lib. 4. „ me semper nominabant . Idem „ Mihi verò etiam illud gratulatione dignū videtur, quo successi Iulio Frontino principi viro , qui me nominationis die per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat, tanquam in locum suum cooptaret, quod nunc euentus ita comprobauit, vt non

vt non fortuitum videretur. Brut.ad Cic. Is Pan-²²
ſæ locum petere constituit, eam nominationem ²²
à te petimus, neque coniunctiori dare benefi-²²
cium, quām nos tibi sumus, neque digniorē no-²²
minare potest, quām Bibulum. Græci nomina-²²
tionem huiusmodi περιστολὴ appellant. Quo ver-
bo vsus est aliquando Gregorius. Ut igitur à
Regia nominatione incipiamus, Caput vnus
est constitutionis Leoninæ, ad eam nominatio-
nem pertinens, quo hæc ferè continentur. Va-
cante Ecclesia cathedrali vel Metropolitana e-
piscopus à collegio canonicorum non eligatur,
sed rex intra sex menses virum graue atque ido-
neum Romano pontifici offerat ac nominet.

Vt autem idoneus habeatur, præter ea de qui-
bus lib. IIII. differuimus, annos vt minimum
septem & viginti natum eum esse oportet, quan-
uis veteres canones maiorem ætatem requirant.
Præterea necesse est eum in schola aliqua celebri
solennibus gradibus ac titulis prædictum esse:
nempe Theologiæ aut iuris civilis, vel pontificij
magisterio sive doctura, qui apex est honorum
scholasticorum, aut certè huic proximo gradu,
quem vulgo Licentiani vocant. Nos aliquanto
eruditius vel prodoctutam, vel μεταποδιδασκαλίαν
possimus appellare. Roman⁹ verò pōtifex prin-
cipis candidato, in quo nihil horū desyderetur,
vacatis Ecclesiæ gubernationē cōmittere debet.
Quod si idoneus nō fuerit is qui proditus ac no-
minatus est, principis partes sunt, alium quenuis

Q.

DE SAC. ECCL. MINIST.

intra spatum trium mensium dignorem & cōmodiorem nominare. Et hoc quidem trimestre spatum labitur, simul atque repulsam accepit candidatus, & is qui in comitatu pontificis hoc negotium ipsius nomine procurabat, de ea repulsa certior factus est. Sunt tamen ex candidatis principis nonnulli, quos pontifex creare antistites cogit: tametsi hæc eis non insint, quæ scilicet constitutione Leonina veteribus canonibus addita sunt: id est, tametsi honores illos scholasticos consecuti non sint. Sic enim ea cōstitutio videtur accipienda esse. Nam eos qui secundum canones nullo modo idonei sunt ad regendam ecclesiam, à pontifice ordinari ratio nō patitur. In hunc numerum regis gentiles ac cōsanguinei & alij illustres splendidiique homines referuntur. Sæpe enim utilitas aliqua & ratio temporis exigit, ut huiusmodi personæ, si mediocritas aliqua eis adsit, posthabitis humilioribus, ad sacra antistitia promoueantur. nec aliter id fieri debere constitutione ipsa disertè expressum est. His adscribendi sunt & sodales mēdicantes, quibus lege sodalitij solennibus conuentuum scholasticorum gradationibus interdictum est, si modò tam excellens sit eorum virtus & doctrina, ut eos præfici ecclesiis publicè intersit. Quod dictum est de episcopiis, id in cœnobiarchiis, quas vulgo abbatias vocamus, locum habet, & aliis præfecturis inferioribus, si tales sint, ut electiū dicī mereātur. Quod quemadmodū acci-

accipiendo sit, suprà differuimus f. Sed ani- ^{cap. 13.}
 maduertendum est inter episcopia & cœno-
 biarchias aliquid discriminis reperiri. Nam ætas
 trium & viginti annorum hic sufficit, nec scho-
 lasticis gradibus ornatum esse principis candi-
 datum necesse est. Monasticæ autem vitæ ac in-
 stituto, idque eiusdem sectæ & ordinis (nam se-
 ctarum inter hos diuersitas magna est, ut lib. i.
 diximus) addictum solēniter eum deuotumque
 esse oportet: alioqui nec regis nominatio, nec
 pontificis ordinatio proderit. Postremò notan-
 dum est hoc nominandi ius interdum principi
 non cōpetere, vtputa, si in aula & comitatu pō-
 tificis Romani mortuo antistite vacauerit Eccle-
 sia, quia tunc solius pōtificis nutu & arbitrio Ec-
 clesiæ prouidebitur. Eiurato tamen præsulatu
 principis nominatio adhuc necessaria est, cùm
 lex de morte tantùm loquatur. Sed & si collegio
 alicui ecclesiastico, aut monasterio cōcessa fue-
 rit speciali quodam priuilegio facultas pastorem
 antistitēmque eligendi, conuenta regia pontifi-
 ciaque eisdem non præiudicant.

*De scholastica nominatione, qua nunc in Gallia
 ferè vtimur, compendiosa, sed accurata
 commentatio.*

Cap. 13.

Conuentu Basiliensi, & inlyta illa Caro-
 li constitutione, de qua fusè differuimus, litera-
 tis viris tertia honorū ecclesiasticorū pars certa

Q. ij

forma contributa fuerat, exceptis antistitiis ac præfecturis, de quibus superiori capite tractatum fuit. Eamque partem eis saluam reliquit pontifex Leo, & si forma non nihil ab eo immutata sit. Nam beneficia quæ quatuor mensibus vacant, id est, tertia parte anni, literarum cultoribus, qui scholasticis gradibus prædicti fuerint, conferuntur, sed ita ut inter eos aliqua sit distinctio. Quidam enim à scholastico ipso conuentu solenniter nominantur atque commendantur, honores ecclesiasticos ac beneficia collaturis antistitibus. Alij absque vlla scholæ commendatione ambiunt, & utrisque sui menses ad petitionem sunt attributi. Sed de his qui scholarum candidati, seu, ut loquimur, à scholis nominati sunt, potissimum hic loquimur. de quibus librum utilem & copiosum Rebuffus nostet conscripsit. Et quia diffusum est hoc argumentum summatim id tractaturi sumus, sed adhibita methodo, quæ res implicatas euoluat ac explicet: & paulò obscurioribus lucē aliquā adferat. Sunt autem præcipui quidam loci totius tractatus, quos hic attingere singulos decreuimus.

I. *Quis nominare posſit.*

Certo certius est scholis publicis ac celebribus Franciæ hoc ius nominandi, prodendique beneficiarij competere. Id enim ita constitutum est, tum ut honoratores essent scholæ, quas nul-

Io non honoris, beneficentiaeque genere pro-
 fecti sunt maiores nostri ^g, tum etiam quia cer-
 tius ac fide dignius videbatur magistrorum præ-
 ceptorūmque de discipulorum studiis, quam alio-
 rum testimonium ^h. Scholas publicas hic voca-
 mus, publicē seu, quod idem est, publica autho-
 ritate institutas, quas Leo, more vulgari, vniuer-
 sitates vocat: non quod omnium disciplinarum
 in eis vigeat professio, ut quidam ait ⁱ, sed quod ^{b. l. nemini.}
 professoribus ac studiosis literarum, corpus, col- ^{C. de aduo.}
 legium ac veluti Reipublicam habere licet,
 quanuis aliás id iure prohibitum sit. Id enim si-
 gnificat vniuersitas apud Iureconsultos ^j. Itaque ^{l. tit. quod cu.}
 tametsi schola aliqua publica ad certarum tan-
 tummodo disciplinarum professionem institu- ^{vniuer. & ti-}
 ta sit, quales sunt in Gallia pleraque: ea nihil
 minus hoc iure vtetur. Cùm autem Leo de scho- ^{tu. de coll. illi.}
 lis publicis regni Franciæ passim loquatur in
 constitutione sua, satis perspicuum est, in fini-
 bus tantum Fraciæ huic scholasticæ nominatio-
 ni locum esse. Verum prouincia aut ciuitas Fraciæ
 accedens & coniuncta, quasi pars quadam
 ipsius ad constitutionem nihilominus pertine-
 re videtur ^m. Nec multū referre arbitor, an post ^{m. l. si conue-}
 constitutionem coniunctio huiusmodi, & ⁿ ενωσις
 facta, aut schola fortassis noua publicē institu- ^{nerit. §. si nu-}
 ta sit nécne, cùm sermo generalis atque indefi- ^{da, defig. a. f.}
 nitus futura quoque complectatur. Nam si in ^{l. inter ficerū,}
 constituenda seruitute ita sit caustum, ne lumini- ^{§. cum inter,}
 bus officiatur, omne lumen tam præsens quam ^{de pac. dot.}

Q iij

DE SAC. ECCL. MINIST.

n. l. si serui- futurum contineri veteres responderunt². At-
tus, de ser. vr. que ita in specie non dissimili censuit Liuius³,
præd.
o. lib. 1. Dec. In fœdere Romanorum Carthaginensiūmque
3. cautum fuerat, vt neutri alteris eorūmque sociis
„ bellum inferrent. Saguntinis postea in populi
„ Ro. societatem ad scitis bellum intulere Cartha-
„ ginenses. quærebatur an id contra fœdus ab eis
„ factum esset. De qua re is ita pronuntiat, Satis
„ cautum erat Saguntinis sociis vtrorumque re-
„ ceptis. Nam neque additum erat iis, qui tunc ef-
„ sent, nécne qui postea assumerentur: & cum af-
„ sumere nouos licet socios, quis æquum cense-
„ ret, aut ob nulla quenquam merita in amicitiam
„ recipi, aut receptos in fidem non defendi, &c.

II. *Quis posset nominari.*

Vt quis nominari possit à scholastico con-
uentu, non sufficiunt vulgaria illa, de quibus lib.
III. diximus, sed quædam alia necessaria sunt,
ex Leonina cōstitutione. Nam gradibus titulif-
que scholasticis præditum esse cum, qui nomi-
natur, oportet. quorum primus est eorum qui ty-
rocinij depositi insignia accipiunt, & vulgo Ba-
calarij dicuntur. ex quo gradu Theologiae pro-
fessores duos faciunt. alter est eorum qui mello-
didascali designantur. tertius ac supremus do-
ctorum siue magistrorū est, quorum suprà men-
tionē habuimus. Scholasticos titulos cùm dico,
eos tantum intelligi volo, qui à scholasticis con-
uentibus

uentibus solenni & accurata inquisitione prius facta, deferuntur. Quare doctores codicillares (sic enim more veterū appellari posse videntur, qui diplomate principis seu pōtificis, honorarios illos titulos cōsecuti sunt) vulgō receptū est, eius nominationis, de qua lequimur capaces nō esse. Et notandum est horum graduum, vel infimum ac minimum sufficere, vt valeat nominatio, præterquā in medicinæ dialecticæ studio: cùm in hoc magistrum, in illo mellodidascalum esse oporteat. Prætereā tempus certum constitutione definitum est, quod in studiis ante solennē illam gradationem consumptū esse necesse est, vt puta in Theologiæ studio, in quo gradus quatuor reperiuntur, tribus superioribus gradibus decē annorum spatum, sex verò annorum infimo præscriptum est. In studio iuris ciuilis aut pontificij summo ac medio septennium, infimo quinquennium est statutum. Eadēmque est ratio medicinæ, nisi quod infimi gradus in ea ratio non habetur, vt diximus. In dialecticæ philosophiæque studio quinquennium magistris præstituitur: & iis qui mellodidascalias titulo ornari solent^r. Excipiuntur generosi homines, & claris natalibus orti, quos nobiles ac gentiles appellamus. In qua nobilitate iudicanda vtriusque parentis genus spectatur. Nam ij ad primum gradum in studio iuris ciuilis aut pontificij post triennium aspirant. idque arbitror constitutū esse, vt id genus homines ad studiū iuris

*p. §. præterea,
et de colla. in
concor.*

Q. iiiij

DE SAC. ECCL. MINIST.

allicantur, quibus publicè interest Reipublicæ gubernacula potius, quàm tenuis fortunæ hominibus committi, eadem prorsus ratione, qua M. Cicero quondam Romæ senatū decreuisse scribit, vt de principum filiis sex singulis Etrurię populis in diuinandi arte instituendi traderentur,

q.lib. 4. de
benefic. c.
30. ,, Ne ars, vt ipse inquit, tanta propter tenuitatem hominum à religionis authoritate ad mercedē & quæstum abduceretur. Splendor enim ille natum nō mediocre calcar est ad virtutem. Vnde de Salustius in Iugurth. Sæpe, inquit, audiui Quintum Maximum, P. Scipionem, præterea ciuitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere, cùm maiorum imagines intuerentur, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi, scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in se habere, sed memoria rerum gestarum eam flamمام egregiis viris in pectorc crescere, neque prius sedari, quàm virtus eorum famam atque gloriam adæquauerit. Quod si quis indignetur nobilibus tantum deferri in ecclesiasticis honoribus assequendis, quorum plerique fortassis à maiorum virtute & gloria quàm longissimè absunt, is quæsto Senecam audiat, ita loquentem: Aliquando datutum me etiam indignis quædam non negauerim in honorem aliorum: sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industriis, sed nouis, pretulit. Non sine ratione sacra est magnarum virtutum memoria, & etiam plures bonos iuuat,

Si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Cicero- „
nem filium quæ res consulem fecit, nisi pater? „
Cinnam nuper quæ res ad cōsulatum recepit ex „
hostium castris? Quæ Sextum Pompeium, aliós „
que Pompeios, nisi viuis viri magnitudo? Tan- „
ta quidem ut satis altè omnes suos etiam ruina „
eius attolleret. Quid nuper Fabium Persicum, „
cuius osculum etiam impediret viri nota boni, „
sacerdotem non in vno collegio fecit, nisi Ver- „
rucosi & Allobrogici, & illi trecenti qui hostiū „
incursioni pro Rep. vnam domum obiecerant? „
Hæc debemus virtutibus, ut non præsentes fo- „
lum illas, sed etiam ablatas è cōspectu colamus. „
Quomodo illæ id egerunt, ut non in vnam æta- „
tem prodeissent, sed beneficia sua etiā post ipsas „
relinquerent: ita & nos non vna ætate grati su- „
mus. Hic magnos viros genuit, dignus est bene- „
ficiis, qualiscunque est, dignos dedit. Hic egre- „
giis maioribus ortus est, qualiscunq; est sub vmbra „
suorum lateat, ut loca sordida repercußu fo- „
lis illustrantur, ita inertes maiorum suorum luce „
resplendeant: Sed de hac nobilitate vberem ac „
eruditum nuper tractatū edidit And. Tiraquel- „
lus noster, ad quem lectores nunc libenter re- „
mittimus.

III. Quomodo fit concipienda.
nominatio.

Nominatio in scripturam debet redigi, ut ex
Leonina constitutione satis appareat, quæ litera-

DE SAC. ECCL. MINIST.

*7. §. præfati
§. volumus.* rum idētidem meminit^r. Quanuis alioqui scri-
ptura ad conficiēdum negotium minimē sit ne-
*f. l. contrahibi-
tur, de pign.* cessaria^s. A scriba autem scholastici conuentus
describi, & eiusdem conuentus annulo signōue
obsignari eam oportet^r. Cuius signi quānam
*t. §. præfati.
§. volumus.* sit sculptura siue apophragisma parum refert,
v. not. in §. modò à cōsuetudine hīc nō recedatur^v. Idém-
*possunt. In-
stit. de testa.* que dicendum est de ea testatione, quæ ad legi-
timi studiorum temporis fidem faciendam con-
ficitur. Prētereà nominationis formula sacerdo-
tia omnia ac beneficia quæcunque is qui nomi-
natur, obtinet, possidēt una cum vera iustaque
vectigalis obuentiōnūmq; aestimatione, & quā-
z. §. volum^z. titate complecti debet^x. Cūm enim eos nomi-
nare non liceat, qui beneficiis aucti sunt ad quā-
titatem ducentorum aureorum, utile visum fuit
in nominationis formula huius quātitatis men-
tionem fieri. Qua ratione percepta quæstiones
aliquot, quæ ab aliis copiosè hīc tractatæ sunt,
facilè definiri poterunt. Quid autē appellatione
beneficiorū cōtineatur, docuimus libro secūdo.

III. Apud quos nominare oporteat.

Quia nominationis, de qua loquimur, finis &
scopus hic est, ut nominato beneficiū quod po-
steà vacauerit, conferatur, satis constat ita con-
cipiendam esse nominationem, quasi apud eos
fiat, qui beneficiorum conferendorum ius ha-
bent: cuiusmodi sunt episcopi, collegia, & cæte-
ri,

ri, quos lib. 2. commemorauimus. Eadem est patronorum ratio, sed ecclesiasticorum tantum, quos nominatim exprimit Leonina constitutio, non etiam laicorum, in quos non simili potestate & imperio, ac in ecclesiasticos uti solent Romani pontifices. Durum siquidem est, nec sacerdotali modestie congruum, prægrandes vberēs que possessiones à laicis hominibus non modò gentilitiis hæreditatibus detractas, sed etiam iuri humano & commercio exemptas, ita sacerdotes tenere, vt liberum etiam illud ecclesiarum patrocinium, quod benefici homines receptum voluerunt, ipsis auferatur^{a.} Sed de his patronis aliquanto fusius suprà disputatum fuit.

^{a. not. in c. 2,}
^{de præb. in 6.}

V. De professione ac denunciatione, quam infiationem vocant.

In scholastico conuentu nominari solent literati viri absentib^o antistitibus, aliisue, qui promouendi ad sacra ministeria potestatem habet. Quamobrem ne eius rei ignorationem causari possint, professio quedam denuntiatioque apud eos est necessaria. Et est constitutum, vt quadragesimæ tempore ea denuntiatio fiat. Triplex autem ac interdum quadruplex testatio ipsis edenda est. Una de gradu, quo quis præditus est: altera de legitimo studiorum tempore: tertia de nominatione scolastici conuentus: quarta de nobilitate & genere. Harumque omnium

DE SAC. ECCL. MINIST.

descripta exempla penes antistitem, vel patronū aliūmūe cui editio facienda est, demitti debent. Ac postquam edita semel fuerint hæc omnia, cditionem repetere candidatus non cogitur, sed quotannis nomen suum profiteri debet, ne fortassis mutasse voluntatem, & nullum amplius b. §. præfati.
§. tencantur. beneficium affectare credatur ^b.

V.I. De effectu nominationis.

Ea vis est ac potestas nominationis scholasticæ, vt petitio legisque actio sit prodita, qua nominatus beneficium suo tempore vacans petere possit, si modò ritè & ex formula professus fuerit. Tempus autem quod Leonina constitutio nominatis attribuit, mēsis est Iulius cum Ianuario. Nam cæteri qui gradibus scholasticis insigniti sunt, non tamē proditi seu nominati à scholastico conuentu, Aprilem & Octobrem, alij alios menses habent. Quibus omnibus in orbem beneficia conferuntur, nec vlla potuit commodior ratio excogitari, qua viri literati tertiam partem beneficiorum consequi possint, quam hac circulari collatione. Quæ igitur mense Iulio Ianuarioque vacant ob mortem inquam, beneficiarij, non ob beneficij eiurationem, adeò nominatis obstricta, vt ita loquar, obnoxiaq; sunt, vt suo iure ipsis ea petere liceat, & alij facta collatio irrita sit^c. Hinc plerique aiunt cum qui alij contulit beneficium, posse mutata voluntate, c. §. si quis ve
rd. §. vlt. nihil-

nihilominus nominato conferre, quæ sententia
probabilis est ^a. Sed animaduertendum est, quo- d.c. non p̄r-
ties scholæ candidatus petit, curare eum oportet stat, de reg.
re, vt non simpliciter, sed tāquam nominato ex- iur. in 6.
pressim beneficium sibi conferatur: alioqui inu-
tilis est collatio. atque ita confusionis fraudūm-
que vitādarum causa sāpe iudicatum est. Tem-
pus autem intra quod petere debeat nominatus,
constitutione expressum non est. itaque videtur
id boni viri arbitrio relictum esse. Sed æquum
est ac rationi consentaneum, Lateranensis con-
ciliij tempus spectari, quod sex mensium est ^{e. c. 2. de cons.}
Quod si requisitus antistes petentem ambien- præb.
tēmque repulerit, ius cōferendi, vt caducum ad
superiores antistites gradatim deuoluitur f. vt f. §. si quis ve
suprà diximus g. Et poena constitutione expressa rō.
eidem irrogatur, nisi iustum huius repulsæ cau- g. cap. 5.
sam allegauerit ^b. Iusta verò causa potest esse, h. §. vlt.
exempli loco, si is qui monasticis votis minimè
obstrictus est, beneficium petat, quod eius tantū
sestæ atque instituti homines capere possint, aut
contrā. Sic enim habet constitutio, vt secularia
secularibus, & regularia regularibus, conferan-
tur ⁱ. Quæ verba à nobis explicata sunt lib. 2. i. §. et in su-
Sed et si alius cum ambiente concurrat, qui vi- per.
deatur ei præferendus esse, iusta negandi causa
est. Nam inter nominatos is potior cæteris ha-
betur, qui prior nominatus est. Ac si plures eodē
anno sint nominati, qui summo gradu, id est do-
ctora, prædicti sunt, mediis, & mediis infimis ante-

D E S A C . E C C L . M I N I S T .

L. §. statui-
mus.

m. §. statui-
mus.

n. § statuum.

o. l. pupillus.

§. oppidum,

de verb. sign.

ponuntur, quibusdam exceptis, quos exprimit constitutio⁷. Inter eos qui à scholastico conuenitu proditi non sunt, sed in candida pura petunt, ut ita dicam, locus est gratificationi, sicut & inter eos qui proditi nominatique sunt, cùm nulla inter ipsos disparitas inæqualitásque reperitur. Hęc autem circularis promotio collatioque beneficiorum non perpetuò locum habet. Nam in metropolitanis cathedralibúsque ecclesiis annona quædā sunt theologis attributæ, quas prebendas theologales vulgò appellamus, quodd nemini, præterquam theologo, possint conferri, quocunque tēpore anni vacent^m. Curatio quoque animorum in ciuitate semper ei defertur, qui gradibus scholasticis præditus est: aut saltem legitimo temporis spatio, id est triénio, vel theologiæ, vel iuri ciuili aut pontificio operam dedit, &c. Nec id modò de ciuitate constitutum est, quod verbum peculiarem habet significacionem in iure pontificio, sed etiam de quacunque comopoly mœnibus cinctaⁿ: quæ authore Póponio oppidū dici posse videtur^o. Adde quodd Romanus pontifex occupationis cuiusdam iure, à nonnullis existimatur beneficia quocunque mense vacantia cuiuis conferendi liberam potestatem habere. Sed hęc questio, quæ iuris controversi est, paulò pòst à nobis discutietur.



LIBER SEXTVS.
DE IIS Q VÆ IN BENEFICIIS
DISTRIBVENDIS PRÆCIPVE
 obseruanda sunt.

ARGUMENTVM.

Genera omnia acquirendorum benefiorum recentimus in superiore libro, & explicauimus. Sed quia in huiusmodi acquisitione multa necessariò obseruanda sunt, visum est nobis ea statim hic subiungere, & idcirco separatim hoc libro tractare, quòd superior ad iusta magnitudinem excreuerit.

Beneficium antequam vacet, nec dandum nec promittendum esse: & quam grauiter in hac re aduersus sacros canones peccari soleat. **Cap. I.**

BENEFICIA ecclesiastica, vt admonuimus lib. 2, temporaria nō sunt, vt publica ciuiliaque munera quondam in Repub. Romanorum, sed perpetua potius, vt in Gallia sunt magistratus regij. **A**c talis ferè olim fuit Romæ Auguratus, quē Plin.

DE SAC. ECCL. MINIST.

lib. 4. Epist. existimat insigne sacerdotium esse,
quod non admatur viuenti. hoc tamen interest,
quod sacra ministeria ac beneficia nostri tempo-
ris ob maleficium & aliam legitimam causam
mittuntur. Auguratus verò ita perpetuus est, ut
quamlibet nocens ac sceleratus homo nūquam
eo priuari queat, authore Plutarcho⁴. Proinde
si quis administrationem ecclesiasticam habeat,
nō aliter ei successore mittere licet, quām si mot-
té obierit, aut aliàs vacauerit Ecclesia, quā admi-

a. in Proble.
b. tot. tit. de nistrat^b. Ac fuit quorundam opinio, ne mortuo
cō. præb. c nō quidē beneficiario posse beneficiū dari, antequā
furem. 7. q. 1. demortui cadauer sepulturæ traditum fuerit^c.
c. c. bona. 2. de elect.
quod tamē vsquequaq; receptū non est. Vacante
verò Ecclesiam aut beneficiū dicimus, cùm præ-
fecto, gubernatore seu administratore caret, nō
dissimiliter ac iureconsulti vacantem mulierem

d. l. qui cœtu, ad l. Iul. de vi. pub.
vocat^d, ξελάθυστον εκκλησιαν dicunt Græci^e, & hac
voce vtitur Plin. libr. 10. Episto. vt libr. 8. dice-

e. con. An-
tioch. mus. Nec multum refert an possideatur ab alio
beneficiū, an verò sit vacua eius possessio, vt
conferri possit. Sufficit enim in ea causa id esse,

f. c. licet, 2. de vt iure vacans dici queat f. Ac sicut viui super-
præben. in 6. stitisque hominis beneficium conferri prohibe-
c. 1. §. sacri. tur, ita etiam promissio eius interdicta est, quan-
de homicid. in 6. uis in tempus, quo mortuus fuerit beneficiarius,
conferatur. Nec ex tali promissione vlla nasci-
tur obligatio: quod & locum etiam habet, si quis
sermone vsus generali, tunc beneficium se datu-
rum promittat, cùm eius dandi facultatas se ob-
tulerit.

tulerit^s. Nam huiusmodi promissiones ansam g. c. 2. de con.
præbent affectandæ captandæque mortis alie- præb. in 6.
næ^b: quo nihil est à viri boni officio alienius. Id b. c. 2. de cōt.
que vel Demadis illius exemplum edocemur, præbē. in ann.
qui Athenis necessaria funeribus venditantem tiq.
damnauit, cū probasset magnum lucrum opta-
se, quod contingere illi sine multorū morte non
poterat^c. Receptum tamen est, vt ascito in col- i. Sene lib. 6.
legium canonicoruī annona seu præbenda que de benefic. c.
postea vacauerit utiliter promittatur: quia inde- 38.
corum visum est, quenquam sine stipendio cano-
nici munere fungi in Ecclesia^d. Pontifex sanè l. c. relatū , de
Romanus ab hac regula excipi solet, qui benefi- præben. glos.
cia omnia, licet nondum vacantia, donandi, cō- c. 2. de eon.
ferendi, promittendi, & arbitrio suo distribuen- præb. in 6.
di ac dispensandi potestatē sibi unus vindicat^m. m. c. propo-
Sed æquius erat ac longè decentius, eum nō im- fuit, de con.
petio tantū, sed etiam exemplo cæteros epi- præben.
scopos in officio continere. Nam in tanto fasti-
gio collocatus, si leges, canones ac maiorum in-
stituta contemnat, exemplo magis quam pecca-
to nocet Reipub. Christianæ. Atque hinc sit plé-
runque, vt non adeò grauis cum in reliquos an-
tistites, tum in gregem ipsum vniuersum eius sit
authoritas.

- | | |
|--|----|
| In commune iubes (inquit Claudio) si quid, | 33 |
| censēisque tenendum: | 33 |
| Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui | 33 |
| Fit populus, nec ferre negat, quum viderit ipsum | 33 |
| Authorem parere sibi: componitur orbis | 33 |

R

DE SAC. ECCL. MINIST.

33 Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
33 Humanos edicta valent, quam vita regentis:
33 Mobile mutatur semper cum principe vulgus.
Qua pœna autem afficiatur is qui supersticis ho-
minis nondum vacas beneficium impetrat, tra-
ctatum est. Et imprimis constat eum ecclesiasti-
n.c. i. de con. ca communione summoueri ^{o. c. imprimis}. Deinde si quo
præben. honore graduque ecclesiastico præditus sit eo
2. q. 1. priuatur ^{p. 3. o. 2. c.}. Est & pœna infamiae aduersus cu[m] sta-
audiuimus. tuta ^{q. c. præsen-}. Sed si quis probabili errore ductus mor-
tuum aliquem esse crediderit, iustum habere vi-
r. concil. 398. detur excusationem ^{tum 7. q. 1.}. Qua de re Philip. Decius
in quodam responso differuit ^{r.}.

Omnem ambitum à collatione beneficiorum
procud abesse debere. Cap. 2.

In assequendis beneficiis nihil magis fugien-
a. c. si quis e- dū est, quam ambitus & largitio. Qua de re ex-
episcop⁹. 1. q. 1. pat canon concilij Chalcedonens⁹. in hæc ver-
„ ba : Si quis episcopus per pecuniam ordinatio-
„ nem fecerit, & precio redemerit spiritus sancti
„ gratiam, quæ vendi non potest: ordinaueritque
„ per pecuniam presbyterum aut diaconum, vel
„ quemlibet de his qui cognominantur in clero,
„ promouerit: & dispensatorem aut defensorem,
„ vel quemlibet qui subiectus est regulæ, pro sui
„ turpisimi lucri commodo: is qui hoc attentare
„ probatus fuerit, proprij gradus periculo subia-
„ cebit, & qui ordinatus est, nihil ex hac ordina-
tione

tione vel promotione, quæ est pro negotiacione,,
facta proficiat: sed sit alienus à dignitate vel soli-,,
citudine, quam pecuniis acquisiuit. Si quis verò,,
mediator tam turpibus & illicitis datis vel ac-,,
ceptis extiterit, si quidem clericus fuerit, à pro-,,
prio gradu decidat: si verò laicus, anathematise-,,
tur. Græcè sic habet:

Εἴτις ἐπίσημος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίᾳ ποιήσατο, καὶ εἰς πέν-,,
τιν καταγάγοι τὴν ἀπόστατον χάριν, καὶ χειροτονίσοι ἐπὶ χρήμα-,,
σιν ἐπίσκοπον, οὐ χωρεπίσκοπον, οὐ πρεσβύτερον, οὐ διακόνον οὐ ἄπε-,,
ρον τινὰ τῶν οὐ τῷ κλήρῳ καθιεριώμενων, οὐ προθάλλοντο ἐπὶ,,
χρήμασιν δικονόμουν, οὐ ἐκδίκον, οὐ παραμονάριον, οὐ ὅλως τινὰ τοῦ :,,
κανόνος, διὰ συσχροκερδίαν ὑπέκειν, οὐ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐλεγχθεῖσι,,
κινδυνευέτω περὶ τὸν δικέον βαθμόν. καὶ ὁ χειροτονούμενος μι-,,
δὲν ἐκ τῆς κατ' ἐπιτοπίαν ἀφελεῖται χειροτονίας οὐ προβολῆς,,
ἀλλ' ἔπω ἀλλότριος τῆς ἀξίας οὐ τοῦ φροντίσματος, οὐ περ ἐπὶ χρή,,
μασιν ἔτυχεν. εἰ δέ τις καὶ μεστίνων φανεῖ τοῖς οὖτος ἀισ-,,
χροῖς καὶ ἀσεβίτοις λήπιμασι, καὶ ὅτος, εἰ μὴ κληρικὸς εἴη, τοῦ,,
δικέον ἐκπιπέτω βαθμόν. εἰ δὲ λαϊκὸς οὐ μονάχων, ἀναθεματι-,,
ζέοθω.

Extat & constitutio Anthemij Imperato-,,
ris cuius hæc verba sunt^b, Si quenquā vel in hac
urbe regia, vel in ceteris prouinciis quæ toto or-
be diffusæ sunt, ad episcopatus gradum prouochi
Deo authore contigerit: puris hominū méribus,,
nuda electionis cōscientia, syncero omnium iu-,,
dicio proferatur. Nemo gradum sacerdotij ve-,,
nalitate precij mercetur. quantum quisque me-,,
retur, non quantū dare sufficit, æstimetur. profe-,,
ctò enim quis locus tutus, & quæ causa poterit,,
<sup>b. tit. de epis.
et cler. in
Cod. Justin.
et c.</sup>

DE SAC. ECCL. MINIST.

„ esse excusata, si veneranda Dei templa pecunia
„ expugnetur? quem murum integratatis, aut val-
„ lum fidei prouidebimus, si auri sacra fames pe-
„ netralia veneranda proserpat? denique quid cau-
„ tum esse poterit aut securum, si sanctitas incor-
„ rupta corrumpatur? cesset altaribus imminere
„ profanus ardor auaritiae, & à sacris adytis repel-
„ latur piaculare flagitium. ita castus & humilis
„ nostris temporibus eligatur episcopus, vt quo-
„ cunque locorum peruenient, omnia vite proprię
„ integritate purifiet: non precio, sed precibus
„ ordinetur antistes: tantum ab ambitu debet esse
„ sepositus, vt queratur cogendus, rogatus rece-
„ dat, inuitatus effugiat. sola illi sufficitur necel-
„ sitas excusandi. profectò enim indignus est sa-
„ credotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Cùm sa-
„ nè, si quis hanc sanctam & venerandam anti-
„ stitis sedem pecuniae interuentu subiisse, aut si
„ quis vt alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid
„ accepisse detegitur: instar publici criminis &
„ laesae maiestatis accusatione proposita, à gradu
„ sacerdotij retrahatur: nec hoc solùm deinceps
„ honore priuari, sed perpetuæ quoque infamiae
„ damnari decernimus: vt eos quos par facinus
„ coinquinat & æquat, utrosque similis poena co-
„ miterut. Quod autem de ordinatione dicitur,
ad beneficiorum concessionem pertinet, quæ
olim cum ordinatione ipsa seu promotione erat
coniuncta, vt libro primo diximus. Si quis igit
largitione ad sacrum ministerium promo-
tus,

e. c. ex mul-
tis, 1. q. 3.

tus , aut beneficium assecutus fuerit , ab eo repelli & summoueri debet , cùm irrita sit ac nulla talis promotio ^d. Nec refert an quis pecuniā , *d.c.sanctorū,*
 an aliquid pro pecunia paciscatur : quia omnes <sup>1.q.1. c. cum
derici, de
paet.</sup>
 huiusmodi pactiones iure pontificio improban-
 tur : quibus interuenientibus , gratuita dici non
 potest collatio ^e. Hic autem ambitus vulgo Si-
 moniacus dicitur à Simone quodam apostolo-
 rum contemporaneo , qui mirificam illam diui-
 nāque vim ac potestatem spiritus sancti gra-
 tiam infundendi per manuum impositionem ,
 quam habebant apostoli , ab ipsis emere & mer-
 cari voluit ^f. Quisquis enim rem sacram spirita- *f. Acto.c.8.*
 lēmque precio sibi parat , aut alia re quæ precij
 vice fungatur , hunc Simonicum , quasi Simo-
 nis illius æmulum & imitatorem , appellamus .
 Nec quicquam interest an ordinatori , an alij ,
 qui fortè competitor noster sit , largiamur aut
 promittamus . Quòd si quis litem habeat bene-
 ficij nomine , & aduersario aliâs liti cedere no-
 lenti pecuniam det vel promittat ob sumptus
 in litem factos , & vexationis redimendæ cau-
 sa , hæc decisio transactioque non videtur ad
 Simonicum ambitum pertinere speciem tamen
 quandam ambitus habere dicitur . & ut fraudi-
 bus via præcludatur , meritò improbata est , ni-
 si autoritate antistitis iusta aliqua probabili-
 que de causa fiat ^g. Cùm igitur ambitus verè *g. c. cum pri-
dē, de paet.c.*
 non sit , sed commētitio iure pro ambitu habeat
 constitutus , pœna transigentem non teneri vulgo rece- *de transact.*

R ij

DE SAC. ECCL. MINIST.

b. not. in d. c. *confitutus.* ptum est: quanuis transactio irrita sit^b. Sed que-
ritur an librariis, qui tabulas ad fidem ordina-
tionis faciendam conscribunt, recte aliquid de-
tur. Et generaliter constitutum est à Gregorio,
ne quid eo nomine accipiatur e. Quod plenq-
sic intelligendum censem, si huiusmodi libra-
riis publicè salarium præbeatur. Nam alioqui o-
pera eorum videtur aliqua remuneratione digna.
Et sanè Basiliensis synodus pro labore scriben-
tis moderatam dari mercedem statuitⁱ. Idque
Iustiniani constitutionibus consentaneum est,
quibus quantitas describitur, quæ ministris epif-
copi ordinantis, ab eo qui ordinatur danda est^j.
Sed & si quis ex substantia facultatibusque suis
aliquid Ecclesiæ offerre velit, non priuatim ali-
quibus personis ecclesiasticis, id ab eodem Iusti-
niano non solum permittitur, sed etiam maxi-
mopere commendatur. Verùm ab inuitis nihil
exigitur, modica illa quantitate excepta, quam
pro enthroniastico idem definiit.

*De annuo vectigali, quod vulgo Annatam vo-
cant, à nouis antistitibus exigi solito, et ex-
plicata lex Iulia de ambitu. Cap. 3.*

V sitatum est apud nos, & Leonina consti-
tutione, cuius saepe meminimus, confirmatum
genus vectigalis, quod vulgus Annatam vocat.
Nam cùm primum recens lectus est, & à rege
nominatus, aut episcopus aut cœnobiarcha, Ro-
manus pontifex anni integri fructus eius bene-
ficij

ficij percipit, eōsque sibi statim solui ac repræ-
 sentari curat. Hoc vectigal, quod annū appellā-
 mus, non quod anniuersarium, sed quod vnius
 anni sit, quidam à Bonifacio nono inuentum, a-
 lij à Ioanne XXII I. scribunt ^o. Sæpe autem que-
 situm est, an iure possit exigi. Et hæc ferè Theo-
 logorum est opinio, iurisque pontificij consul-
 torum, Romanum pontificem lege simoniaci
 ambitus, ut ceteros episcopos teneri, si pro sacrī
 ministeriis pecuniam accipiat ^{m. not inc. I.}. Nam præter canones, quos suprà citauimus, qui pecuniam omnino exigi vetat, hoc genus vectigalis à syno-
 do Basiliensi dānatum est: & pœna ambitus aduersus eos qui hac via ad sacra ministeria Eccle-
 siæ grassantur, atque adeò aduersus ipsum pon-
 tificem statuta ^{n. Sef. 21.}. Nec satis perspicio ut se excu-
 sare possint hoc modo promoti à pōtifice, quo-
 minus in canonum pœnam incurvant, & tan-
 quam vitio creati, ut veteres loquebantur, digni-
 tatem honorēmque ecclesiastiacum amittant, si
 quis ad prisce institutionis normā potius, quām
 receptæ consuetudinis, hæc exigere velit. Nam
 quoquo se vertant pontifices, quibuscumque de-
 cretis, cōstitutionibus pāctisq; hanc exactiōnem
 tueātur, diuinum oraculum semper eis oppone-
 mus: Gratis accepistis, gratis date ^o. Quod cùm ita sit, cōuentio inter regē nostrum, pontificem-
 que Leonem inita turpis omnino ac inhonesta
 quibusdam videtur, ideoque pro non scripta ha-
 beri ac reiici debere: ita tamen ut cætera capita

R. iiiij

^o Platin.

^o glos. prag.

^{tit. de annat.}

DE SAC. ECCL. MINIST.

eiusdem conuentionis, quæ à ratione honestaté que non abhorrent, nihilominus obseruentur. Non me latet à iuris ciuilis authoribus pollicitationes probari, quibus ob sacerdotium pecuniam Reip. quis promittit ^{r.}. Sed alia causa est sacerdotiorum Christianæ religionis, vt ex iam dictis constat. Deinde vltro offertur Reipub. ea pecunia, nec eam promittere, aut non promissam dare quisquam cogitur. Nec verò inficias eo ex fructibus beneficiorum partem aliquam decerpī posse, si necessitas aliqua magnáque utilitas Ecclesiæ id flagitet. Verūm id coacto concilio fieri debet, vt appareat in Ecclesiæ gratiam & usum renera, non in pruatum paucorum hominum commodum eas facultates erogari & impendi. Quod & in synodo Constant. decretum est ^{q.}. Sed obiiciunt aliqui quod Modestinus ait, legem Iuliam de ambitu Romæ celsate, quod magistratum creatio ad principis curam pertineat, nō ad populi fauorem ^{r.}. Idemque dicendum putant de pontifice Romano, cuius in Ecclesia summus est principatus, vt ambitus argui non possit. Quibus ego breuiter respondeo legem Iuliam aduersus eos latam esse, non qui Reipublicæ palam aliquid dabāt, quod nulla lege vetitum erat ^{s.}, sed qui populū viritim distribuendo pecuniā clādestinis largitionibus corrūpebant. Proinde ea lex in iis magistratibus locum habere non poterat, quos princeps, non populus, creare solebat. Verūm vt gratis dentur hæc

p. tit. de pollicit.

q. Sef. 43.

r. l. t. ad leg.
Int. de amb.

f. tit. de pollicit.

hæc spiritualia sacrâque munera , nec eo nomine
 quicquam accipiatur, episcopis omnibus ac pô-
 tificibus & voce diuina, & sacrorum conuentu-
 um canonibus præceptum est, quandoquidem
 eorum cupiditati & avaritiæ aliter occurri non
 poterat. Ac ut obiter de principe dicam , quod
 dissimulari non potest, quanvis nulla lex princi-
 pem coërceat, nihil tamen videtur magis à regia
 liberalitate, splendore & maiestate alienū, quam
 ob munera publica à subditis pecuniam exige-
 re : id quod Iustinianus noster in quadam con-
 stitutione grauiter & copiose demonstrat, ac de-
 dignari se ait imitari eos qui ante se imperio pre-
 fuerant , qui pro pecuniis conferentes munera
 publica castigandi eos qui malè & iniustè versa-
 bantur in munere suo , potestatem sibi ademe-
 rât. Sed memoratu dignum est , quod idem ait,
 atque utinam principes nostri hoc corruptissi-
 mo tempore saepius id expenderent : Λ' γυρολογεῖν
 τὰς ἀρχὰς πέντε οὐδὲ πονηπλας προίμων τε καὶ τέρπεις . Pecu-
 nias ex magistratibus colligere omnis iniquita-
 tis & iniustitiæ principium est & finis^t. Huic
 consentaneum est & quod Lampridius de Ale-
 xandro Seuero scribit, Honores iuris gladij nû-
 quam vendi passus est, dicens, Necesse est, vt qui
 emit, vendat. Ego non patiar mercatores pote-
 statum: quos si patiar, damnare nō possum. Eru-
 besco enim punire illum hominem qui emit &
 vendit. At hodie ô turpem notam horum tem-
 porum ! quotusquisque absque precio , eoque

Nouel 8.
 " vt iud. sine
 " quo suff.
 " " " " "
 " " " " "

DE SAC. ECCL. MINIST.

ingenti, ad ullum magistratum in republica nostra prouehitur. Nam et si principes eam nundinationem minimè probare soleant, in iis quidē certè magistratibus, qui iuri dicendo præficiuntur, nemo tamen est qui nesciat ea munera suffragatores aulicos, velut in auctione licitatione, que publica grandius præmium numerantibus addicere solitos esse. Itaque vix ullus hodie reperitur commendatione virtutis & doctrinæ ullo honore auctus in Republica, & cui idem yerè dici non possit, quod Caium Cæsarem Syllæ quondam obiecisse ferunt. Cùm enim Sylla indignabundus Cæsari sua se in illum potestate usurum esse diceret, ridens Cæsar, Rechè, inquit, tuum putas esse magistratum, quem tuis pecunijs comparasti.

De annuis sine pensionibus, quæ beneficiis velut servitutes quædam impontuntur. Cap. 4.

Beneficia cùm vacant, integra & sineulla diminutione debent conferri. Quare si patrem redditum antistes beneficium conferendo retineat, in legem ambitus cōmittit ^a. Sed nec duobus idem beneficium conferre, aut inter duos idem beneficium diuidere potest, nisi ex iusta aliqua causa ritè legitimèque talis diuīsio fiat ^b. c. cū causam, Receptum tamen est, vt quanvis vni tantum de-
de prab. certam portionem ex beneficij redditibus alteri singulis

^{a. tit. vt eccl.}
^{benef. sine di-}
^{mi.}

^{b. c. maiori-}
^{bus. c. vacante.}
^{c. cū causam,} Receptum tamen est, vt quanvis vni tantum de-
de prab. certam portionem ex beneficij redditibus alteri singulis

singulis annis pendendi. Quod genus pésitatio-
nis annum neutro genere appellari posse arbit-
tror. Idque exemplo veterum, quos ita locutos
esse crebrò animaduersti. Est igitur hoc annuū
delibatio quædam beneficij, qua ex eo quod v-
niuersum beneficiarij foret, pars quædam alicui
confertur. Sic enim id nobis vt cunque descri-
bere ac delineare visum est, exemplo Florentini
Iureconsulti in legati definitione^d. Sunt autem
huiusmodi annuorum tria genera. Quædam e-
nim ob sacrum spiritualéque munus pendun-
tur: vt cùm in Ecclesia aliqua constituitur à mo-
nachis vicarius, qui ecclesiam ac populum re-
gat: nam huic ex redditibus suis partem ali-
quam idoneam erogare coguntur^e. Item cùm
Prater Ecclesiæ rectorem sive pastorem cleri-
cus quispiam ad Ecclesiæ ministerium necessa-
rius instituitur: cui etiam portio redditum bene-
ficij deber à rectore ipso suppeditari^f. Ac ta-
met si beneficij, vt ita dicam, hi domini nō sint,
sed hanc portionem velut vſuctuarij, & à do-
minis quodammodo accipiunt, tamen hoc sti-
pendium à vero iustóque beneficio non differt,
cùm ob sacrum spiritualéque ministerium detur.
Alia sunt annua, quæ ob munus aliquod profa-
num, ac, vt loquimur, temporale, præberi so-
lent, vt puta, aduocatis Ecclesiæ, & iis qui soni-
tus titunitisque campani curam gerunt. Et hæc
annua profana omnino sunt, quæ ob profa-
num officium profanisque hominibus tribuun-

c.l. scio. §. v-
xori. l. sicut
annuū. l. ti-
tia. §. qui
Marco, de
an. leg. l. ex
annuo. l. si fili-
pulata, de do-
nat. inter vir-
d.l. legatum,
de leg. 2.

e.c. de mona-
chis. c. extir-
pāde, de præ
bē. c. 1. de præ
ben. in 6.
f.c. conquerē-
te, de cler. non
resid.

DE SAC. ECCL. MINIST.

*g. c. quicun-
que. 12. q. 2.
c. possesiones
16. q. 1. ot. in
c. cle. 1. de reb.
eccl. non alie.* tur ^a. Alia sunt quæ absque ullo onere ac mini-
sterio conceduntur, & ~~accaptae~~ ~~avempta~~ proue-
niunt: de quibus h̄c potissimum tractaturi su-
mus. Ac in primis sciendum est, certis ex causis
hæc onera seruitutēsque beneficis imponi pos-
se, non solum à pontifice Romano, sed etiam
ab aliis antistitibus, qui inferiores dicuntur. Ita-
que si in fraudem, aut absque causa legitima an-
num alicui attribuerint, nihil actum esse intel-
*b. c. extirpan-
dæ, de præb.
c. audiimus,
de collus. dete.
i. cle. 1. vt lit.
pend.* ligitur ^b. Sed voluntas Romani pontificis pro-
iusta legitimaque causa habetur in re beneficia-
ria ^c. Prima igitur causa est, cùm quis beneficiū
ciurat, ac dimittit in gratiam alterius, hoc consi-
lio, vt pars aliqua fructuum, vnde se tueatur, ei
salua maneat. Nam et si huiusmodi conditio à
*l. not. in c. ex
parte, de off.
de leg.* Simoniaco ambitu propè videatur abesse ^d: ta-
men quia totum negotium in voluntatem arbi-
triūmque pontificis confertur, conuenit inter
omnes iuris pontificij doctores impunè id lice-
re. Et sanè iustissima plerūmque huius rei causa
potest esse, vt si ponamus pastorem alicuius Ec-
clesiæ senio confectum velle ministerium suum
cum bona pontificis venia alij cedere, nec ta-
men eas facultates habere, vt ad victum ei suffi-
ciant: idque supra alibi annotatum est. Secunda
causa est, cùm duo permutare cupiunt beneficia
sua, sed vnum longè opimius est ac vberius al-
tero: tunc enim ipsis consentientibus pontifex
minus ac magis tenue beneficium certæ præsta-
tioni annuæ obnoxium reddit. Tertia causa est,
cùm

cum lis inter duos beneficij alicuius nomine orta est. Quo casu solet pacis concordiaque causa ita res decidi, ut unus beneficium obtineat, alteri annum ex eius beneficij fructibus praebatur ^{m. c. nisi ef-}. Sunt & aliæ causæ, quas commemorant ^{m. c. sent, de præb.} Passim iuris pontificij doctores, sed has tantum ^{m. c. sent, de præb.} usus forensis probat in Gallia. Nam et si quis bene meritus sit de Ecclesia, aut inops, vel infirma valetudine sit, iusta hæc causa anni dandi ex bonis ecclesiasticis habetur ^{n. c. p. n. f. s. i o -}. Et hoc praetextu ^{n. c. p. n. f. s. i o -} Romanus pontifex Cardinalibus Romanæ Ecclesiae annua attribuere consuevit, quod absque ^{n. c. qui c. que, 12.} eo reditu splendorem suum (nam luxum dicere ^{q. 2. Oldr. com. 226.} non ausim) tueri nequeant. Verum ut supra diximus, quæ causa eum mouerit, inquirendum non esse vulgo traditur.

Annuum, de quo hæc loquimur, beneficium ecclesiasticum non esse.

Annua huiusmodi inter sacra beneficia non recensentur, ut iam admonuimus ^{o. c. præterea,}. Proinde quæ de beneficiis constituta sunt iure pontificio, ad ^{de trans.} ea minimè pertinēt. Exempli gratia. Laicis ho- ^{p. c. quantius,} minibus non minus quam initiatis attribuūtur: ^{de præb. in} quia nullum sacrum munus ministeriumue desiderant: ideoque contracto postea matrimonio ^{6. nor. in c. ad} non amittuntur. Quod tamen plerique accipiēdum esse aiunt, nisi cum cedenti beneficio suo annum constituitur. Quo casu, quia loco be-

^{audientiā, de}
^{rescrip.}

DE SAC. ECCL. MINIST.

neficij datur, naturam quoque beneficij retinet
q.l. si eum. §. q. Præterea mortuo creditore non dicitur vaca-
guinuariarū. ff. si quis cas. re, ut impetrari sicut beneficium aliquod possit,
sed velut vslusfructus extinguitur. Remittitur e-
tiam absque vlli pontificis venia, licet benefi-
cio se abdicare nemo possit, sine pontificis au-
r. tit de re thotitate. Cùm enim privatum alicuius homi-
nunt. nis commodum tantum respiciat, cur ipsi de eo
f.l. si quis in pacisci arbitrio suo non permittetur. §. Excipitur
conscribendo. annuum quod auctoritate pontificis pro alime-
C.de pact.l. tis alicui attributum est. Nam ius ciuile non pa-
i: re mādato. titur, ut transactio de alimentis sine deereto in-
C.mand. terponatur. Item potest hæc pensitatio, ut aliis
t.l. cum hi, de trans. quiuis redditus, pecunia redimi. Verum ob eam,
de qua iam diximus, causam pontificis auctor-
itas accedere consuevit. Atque ita vulgo solent
concipi tabulæ, quasi aliquot annorum penso-
nibus representatis, ac ut loquitur Seneca, in an-
tecessum datis, liberatum sit ea seruitute benefi-
cium. Adhèc, si annum ita sit alicui attributum
a pontifice, ut illud in alium transcribere possit,
nihil prohibet eo nomine pecuniam velut ab
emptore accipi. Sed raro hanc transscribendi e-
v. c. vlt. de mancipandique facultatem pontifices conce-
reb. permut. dunt, uti accepimus. Denique non sicut benefi-
glos. prag. tit. cium, ita etiam hoc ius, quod profanum est, cum
de coll. §. item beneficio permutare licet. quia sacrarum spiri-
quod ad vni- taliūmque rerum cum profanis permutatio non
uerb. benefi- admittitur v.
ciorum.

Annui potestas & effectus quis sit?

Quæ sit potestas & effectus anni, non nihil antè demonstratum est. Sed hic locus aliquanto pleniorem disputationē exigit. Itaque animaduertendum est hoc ius simile quadantenus esse v̄suum fructū, quia cum persona extinguitur ^a. Præterea beneficio sic inhāret, vt ipsum sequatur ad quamcunque personā transcat ^b. Nam mortuo beneficiario hoc annum à successore, qui in vacante locum suffectus est, posse exigi dubium non est, nisi ex conceptione diplomatis aliud actum esse appareat ^c. Cùm enim ferè non concedatur alicui à pontifice, nisi in perpetuū, & quād diu vixerit, ratio non patitur, vt finiri morte beneficiarij dicatur. Quod & de præteriti temporis pensionibus, quas vetus possessor beneficij debuit, accipiendum esse videatur, ad quas Ecclesia siue beneficium obligatum est ^d. Nec ideo minus aduersus veterem possessorem, si fructus in vsum Ecclesiae non impenderit, aut eiusdem fato functi hāredem agetur. Atque ita creditoris erit electio, ytrum conuenire malit ^e. Cùm autem v̄suum fructuariorum attributum est, tractari solet, an onera quæ dicuntur patrimonialia subire cogatur. Et certum est hospitalitatis onus, & alia huiusmodi quæ ordinaria sunt, beneficiario incumbere, cùm eo nomine maiorem partem fructuum ei dimittendā esse receptū sit.

^a §. finit.
^b Instit. de vsu.
^c b.c. si quis lat.
^d curs. 16. q. I.
^e d.c. nisi es-
sent, ubi glos-
de preben.
^f d.l. imperato-
res ff. de pub-
& vectiga.
^g e.not. in c. I.
^h de solutio.

DE SAC. ECCL. MINIST.

Cætera verò quæ extra ordinem indicūtur, proportione sustinet is qui annui nomine partem
f.l. hactenus, fructuum capit f.

de v/sfr. l. ne-
que de impc.
in reb. dot.
fact.

Beneficium purè ac simpliciter conferen-
dum esse. Cap. 5.

Quia beneficia gratis conferenda sunt, vt
antè diximus, receptum est, collationem sub cō-
ditione fieri non posse. Excipitur conditio quæ
pact not. in c. inest collationi, quanvis fortè non exprimatur,
significasti, de ut puta, si vacat beneficium, &c^b. Nam ea adie-
cētio. Etio abusiuè tantum conditio appellatur: nec v/l.
^b glos in c. 2. lam vim suspendendi negotium, quod geritur,
de elect. in 6. i. l. muto, de habet. Quod autem dicitur sub conditione be-
nificium inutiliter conferri, de inferioribus an-
significatum, tustibus vulgo accipi solet, non de Romano
de prab. not. pontifice. Huic enim liberum esse aiunt, quan-
in l. actus le- cunque libuerit conditionem adiicere collatio-
gitiimi, de reg. ni, modò ea in crimen ambitus iure diuino pro-
t. hibiti non cadat¹. Eadem est alternationis ratio-
pend. not. in quæ conditionis: idque à pontificij iuris docto-
d.c. significa- ribus plerisque in locis memoriae proditū est².

ni. not. in c. pa-
storialis, 7. q.
1. in c. 2. de e-
lect. in 6. Fel.
in c. 2. de ap-
pell.

An absque scriptura beneficij collatio
valeat. Cap. 6.

Simulatque pontifex beneficium se alicui
conferre pronuntiauit, ius ei acquisitum esse in-
telligitur, tametsi nulla scriptura, nullumue di-
ploma,

ploma, ea de re confectum fuerit^o. Itaque mortuo statim pontifice à quo beneficium nudo sermone collatum est, irrita minimè est collatio, sed debent à successore diplomata & literæ expediti, in quibus eius concessionis mentio fiat^p. Quæ literæ ad probationem necessariæ esse dicuntur, contra communes regulas: nec licet beneficiario antequam eas literas acceperit, quicquam attingere, quod ad beneficium pertineat^q. Proinde ad fidem collationis faciendam testes non sufficerent^r, præterquam in exceptis casibus, de quibus non indiligeretur ab aliis tractatum est^s. Tametsi Iason ex facto consultus simpliciter responderit, scripturā necessariā non esse^t. Quæ autem sit authoritas ac fides literarum sive tabularum, quæ ab anristib[us] conficiuntur, quandoquidem diffusè ab aliis agita ta est quæstio, eam impræsentiarum omittemus^u.

S

n.c.institutio-
nis, 35.q.2.

^o. Bal. in l. hū
manū C. de
legib. et in l.
vlt C de con.
ser. ma. c lite-
ris, de rescriv.
p. extra. iniū-
ctæ, de elect.
auth. demiad.
prin.

^q. Panor. i. c.
in nostra de re
script. not. in
l. pactū quod
C. de pact.

^r. Fel. in rubr.
de constitut.
f. in l. cū pro-
ponas filios.
C. de paet.
^t not. in c. post
cessionem, de
probatio.



LIBER SEPTIMVS.
Q VOD IVS HABEAT BENE-
FICIARIVS IN BENEFICIO SVO,
& quemadmodum beneficia retinca-
tur & conseruentur.

A R G U M E N T U M.

a. l. vlt. de le- Omne ius nostrū, inquit Vlpianus ^a, aut in acqui-
gib. rendo, aut in conseruando, aut in amittendo consistit.
b. lib. 8. Di- eaque diuisione s̄epe v̄si sunt nostri iuris authores ^b,
gesto. quorū exemplum h̄ic nos secuti post acquisitionē benefi-
ciorum operæ pretium duximus, et de eorum conser-
uatione aliquid scribere, tametsi is locus à ceteris vul-
go prætermisſus sit.

De decima tam ordinaria et legitima, quam ex-
traordinaria atque indicta. Cap. I.



BENEFICIVM ecclesiasticum, vniuersitas quædam est variis ex
rebus constans, quibus loco sti-
pendij cuiusdā beneficiarius frui-
tur. Ac vt de singulis breuiter di-
camus, prædia imprimis ac possessiones, quæ
vulgò

vulgò bona téporalia dicuntur, beneficio insunt,
 vt docuimus lib. 2. præterea decimam omnium
 fructuū partē à populo accipit beneficiarius , de
 qua etiā dissoluim⁹ lib. 2. Et quia lex Mosaïca cā
 dari iubet leuitis & sacerdotib⁹, quib⁹ nulla ter-
 ræ portio data fuit, cū Moses Hebræis possessio-
 nes distribueret ^a: iuris pontificij doctores con- ^{a.c.1.de deci.}
 tendunt iure diuino eā sacerdotibus nostri tem-
 poris deberi : quod & pontificū aliquot cōstitu-
 tionibus expressum est ^b. Sed existimat ferè theo- ^{b.c.parochia-}
 logi nō ideo quenquā iure diuino ad eā præsta- ^{b.c.in alti-}
 tionē astringi dicendū esse, cùm ea lex abrogata quib⁹ de deci.
 sit, nec hodie nos liget, vt antè dixim⁹ ^c. Sunt qui ^{c.glos. t. 1. de}
 afferant, nos ita demū obligari ad decimā dan- ^{deci. in 6.}
 dam, si voto ad id nos obstrinximus ^d. Quasi hec ^{d.t.2.de pollit.}
 decima similis sit ei, quam veteres ethnici vrou-
 re Herculi & consecrare solebant, authore Plu-
 tarch. in Problem. Vt rūm inueterata consuetu-
 do Ecclesiarū, & varie cōstitutiones ea de re pro-
 mulgatae merā liberalitatē fortassis in necessita-
 tem cōuerterunt. Itaque in hac disputatione de
 decima, vt ministris ecclesiarum iure debita , &
 quam ab inuitis exigere possint, loquimur. Nec
 solum de fructibus prædiorum percipitur: sed e-
 tiam de omni artificio , negotiatione , quæstu,
 &c. ^e. Et hinc vulgaris diuisio decimæ in prædia- ^{e.c.ex trāsmis-}
 lem & personalem orta est ^f. Debetur autē Cu- ^{sa, de deci.}
 rionibus potissimum, id est presbyteris qui pa- ^{f.c.ad aposto-}
 rœcias regunt, & animorum curationem habēt. ^{lica, de deci.}
 Id enim ab initio sic constitutum fuisse dicitur.

DE SAC. ECCL. MINIST.

g.c.ecclesiast. g. Debetur interdum & aliis ecclesiis sive monasteriis, vel ob donationem ritè factam, vel ob ctimis, 16. q. 1. longi temporis possessionem^b. Laici vero huius h.c.cū contin*gat c.cum in tua, de deci.* iuris capaces non esse dicuntur: quia ob sacramentalēque munus clericis concessum est. Est enim Lateranensi concilio prohibitum, quod tempore Alex. III. ante quadringentos annos habitum est Romæ, & quibusdam pontificum decretis, ne in homines laicos hoc ius transferaturⁱ.

i.c.prohibemus, de deci. c.cū apostoli- ca, de his que fi. à præla. Ante illud concilium sacræ decimæ ius, clientelæ titulo militibus attributum fuerat à principibus quibusdam, idque totius cleri consensu, quod Ecclesiam populumque Christianum aduersus religionis hostes propugnarent. Et huius rei authorem fuisse in Gallia Carolum Martellum annalibus nostris proditum est. Sed quia id perniciosum ecclesiis videbatur, synodus decreuit, ut ex eo tempore decima in laicum transferri non posset. Quamobrem qui iure clientelæ sacram decimam sibi vindicat hoc tempore, eam ante synodum illam Lateranensem sibi, ut clientibus Ecclesiæ concessam fuisse contendunt.

Lnot. in c. cū apostoli- ca, de his que fi. à præla. Cuius rei quia difficilis est probatio, utilitatis suggestum, c. ex parte, c. li- et c. ad au- dientiam. c. à mun eris vacationem impetravit, quæ à ponti- nobis, de deci. fice Ro. impetrari solet^m. Nam consuetudine seu

stius iuris clientelaris, id est, quæ hominū exce-
dat memoriam, probare sufficiat^l. Ad decimam autem beneficiariis curionibus præstandā, aedē obligatur populus: ut nemo excusetur, nisi huius

seu longa possessione hoc ius omnino non tollitur, quanuis minui possit, & decima in duodecimam aut aliam partem, quæ minor sit conuerti.

"Ex his quæ iam dicta sunt existit quæstio, de noualium decima cui scilicet debeatur, an curioni beneficiario, an verò alijs cui ius sacræ decimæ acquisitum sit. Nouale autem hīc intelligitur proscissus nunc primūm ager, qui antè deser-

tus, nec post hominum memoriam cultus fuit: o c. t. c. quid
quanuis nonnunquam aliter accipiatur p. Ad per nouale. de
quæstionem igitur propositam ut breuiter ref- verb. sig. in
pondeamus, sciendum est imprimis laicos qui decret. l. vlt.
ius sacræ decimæ sibi vindicant, ex noualibus ni- de ter. mo.
hil percipere posse, sed curiones ipsos potius, p.l. sylta. §.
quibus solis hoc ius olim competebat. De mo- noualis, de
verb. sig.

nachis autem, qui olim laici erant, nūc ferè sunt clerici, & aliis huiusmodi beneficiariis paulò dif-
ficilius est iudicium propter constitutionū pon-
tificiarum obscuritatem. Sed vulgò receptū est,
si ius sacræ decimæ in certa parœcia disertè con-
cessum eis fuerit, decimam quoque noualium
ipsis deberi: quia verba indefinita ad futurum q.c. ex parte,
quoque tempus referuntur. Quod si longa pos- de deci.
sessione id ius acquisierint clerici, decima no- r.l. si seruitus,
ualium non ipsis sed curioni debetur, quoniam de seruitut.
in loco recens proscisso nullam vnquam deci- vib. præd.
mam perceperunt. Ideoque vsucaptum ab eis
hoc ius verè dici non potest. Addendum & il- f.c. cum con-
lud est, quanuis ei qui longa fortassis possessio- tingat, c. cum
ne decimam sibi acquisiuit, nominatim deci- it tua, de deci.

DE SAC. ECCL. MINIST.

mæ noualium ius ita tributum fuerit, ut non alius
t.e. statuto, de decimæ noualium ius ita tributum fuerit, ut non alius
deci. in 6. tamen huiusmodi dimidiam partem non exce-
dere, ne curiones & pastores ecclesiarum par-
ciarumque nimis grauentur: id quod Alexándri-
na constitutione plenius continetur^t. Hactenus
de legitima ordinariâque decima satis pro insti-
tuto dictum est. Est autem aliud genus decimæ,
quâ ideo extraordinariâ & indictâ vocare pos-
sumus, quod à pontifice Romano prætextu bel-
li hostibus nostræ religionis inferendi, alteriusne
necessitatis extra ordinem beneficiariis indica-
tur^v. Hodie hanc decimam rex in Gallia bene-
ficiariis indicere ac imperare pro potestate so-
eo, tit. in ex-
tratu.
a.c.i. de deci. trio derelicta, vt Hieronymus ait^a. Itaque præ-
textu legis diuinæ ad certam eo nomine præsta-
tionem populum hodie cogi nō posse inter om-
nes conuenit. Nec dubium est, quin ea consue-
tudo, cuius meminit Hieronymus, quæ mo-
dum definierat, contraria consuetudine abro-
gari

De primitiis.

Cap. 2.

gari & antiquari potuerit^b. Et hunc sanè modum
rem primitiarum offerédarum videntur ab He- b. d. c. i. de
cetis ipsis accepisse Romani, quos scribit Plin.
lib. 18. degustare vina aut nouas fruges solitos
non fuisse, priusquam sacerdotes primitias li-
bassent,

De oblationibus. Cap. 3.

Oblationes dicuntur quæcunque à piis fide-
libusque Christianis offeruntur Deo & Eccle-
siæ, siue res soli, siue mobiles sint. Nec refert,
an legentur testamento, an aliter donentur^a. Et
hoc vocabulo usus est Vlpian. c. 5. tit. de donat. a.e. qui obla-
tiones. c. cleri
inter vir. & vxo. Veteres offerumenta vocabant, ci. 13. q. 2. not
authore Festo. Verùm hæc inualuit consuetudo in c. causa. c.
loquendi, ut oblationes specialiter dicantur, quæ cum inter, de
altari offeruntur in sacra liturgia, quam vulgus verb.
missam, Iustinianus noster ἀγίαν προσκυνηλί app- b. Nouel. 123
pellat^b. Huiusque oblationis, quæ apud veteres c. de his, 10. q
visitata fuit, Theodor. meminit^c. & nos suprà ali- 1. c. omnis, de
quid attigimus lib. 2. Et hæc omnes oblationes, consec. dist. 1.
sicut & decima, de qua iam diximus, inter res c. lib. 5. eccl. f.
sacras spiritualésque numerantur: adeò ut clericis hist. c. 18.
tantum, non etiam laici, eas capiant^d. Cùm au- d. c. quid sacer
tem in bonis ac redditibus recenseantur eius Ec- dotes. c. san-
clesiæ cui offeruntur, meritò dicendum est eas ad cius Ecclesiæ rectorem gubernatorémque c. vlt.
pertinere^e. e. Panor. in c.
pastoralis, de
his quæ fi. à
præla. siue
conf.

S iiiij

DE SAC. ECCL. MINIST.

De diariis, quæ distributiones quotidianæ appellantur, & cur hoc genus erogationis ad-
inuentum sit. Cap. 4.

Canonicorum beneficia ac præbenda du-
bus ex rebus ferè constant. Nam in quibus ec-
clesiis est præbendorum distinctio, certa prædia
ac possessiones obtinent singuli, quas sic in po-
testate sua habent, vt redditum ab alio quopiam
accipere necesse eis non sit. Fructus autem hu-
iustmodi sibi acquirunt, si præsentes sint in ci-
uitate, quanvis in templo quotidie non psallant,
aut psallentibus non assistant. Nam quia cano-
nicorum collegium velut quidam senatus est
Ecclesiæ, vt diximus lib. i. permulta sunt ad eo-
rum munus pertinentia, quibus exæquendis
Ecclesiæ non minus, imò verò magis prodesse
possunt. Hoc enim psallédi munus quanvis ne-
gligendum non sit, tamen olim inferiorum tan-
tummodo clericorum fuit, nec inter præcipua,
ac magis Ecclesiæ necessaria habitum est. Quod
& suprà admonuimus lib. i. Præter eas posse-
siones qui psallunt in templo, aut sacris can-
tionibus intersunt, quanvis plerunque in col-
legium canonicorum cooptati non sint, hi in
singulos dies, atque adeò horas stipem recipi-
re solēt, ac veluti quasdā sportulas, quibus à ma-
nu vulgò nomen inditum est, quòd tantùm præ-
senti in manu tradátur. Sunt qui distributiones
quotidianas appellét non ineptè. Ego à Latinis
Diaria propriè vocari scio. Qua voce Iustinianū
nostrum,

g.c. olim, de
verb. fig.

nostrū, quanuis Græcē scribentem ^b, vsum fuis-
 se comperimus. Verba eius hæc sunt de diacono-
 nissla loquentis, quæ cum suspecto aliquo viro
 habitat: *εἰδὲ τοῦτο ὑπέρεσται πρᾶξις, τῆς ἐκκλησίαςκῆς*
ὑπεροίας ηγετῶν ἴδιων διαπίων ἀλλοτριώμενη, εἰ μναστηρίῳ
παραδιδόσθω, &c. Videtur autem hoc erogationis
 genus ideo excogitatum esse, vt cùm à benefi-
 ciariis vulgò contemneretur psallendi aut sacris
 assistendi munus, quasi proprium ipsorum non
 esset, spe huius dianomes & mercedis illecti, id
 munus amplecterentur. Nam iis tantum qui sa-
 cris intersunt hæ sportulæ distribuuntur: non a-
 liis, nisi fortè eos excusat valetudo, &cⁱ. Et hoc *i. c. de cætero,*
 quidem adeò verum est, vt de eo qui ob Theolo- *de cler. nō re-*
 giae studium abest, constitutum sit, huiusmodi *fid. & tit. de*
 sportulas eum non consequi, quanuis cæteros *eler. non ref.*
 fructus lucretur ^{l.} Fauor enim studij hoc tātūm *in 6.*
 efficit, vt absens pro præsente habeatur. constat- *l. c. licet. de*
 que ad consequenda hæc diaria præsentiam non *præben. c. su-*
 sufficere, nisi sacris cantionibus precationibūs-
 que quis assistat. Nam & alias quæ de fructibus
 & obuentionibus beneficij constituuntur, velu-
 ti de soluēda beneficiorum decima, de hac dia-
 nome intelligi non solent. Quanuis enim fru-
 ctus aut reditus non mālē dici possit ^m, munus *m. extra Bo-*
 tamen illud psallendi, adempto præmio facile *nifa. tit. de*
 deserteretur à canoniciis, cæterisque Ecclesiæ be- *deci.*
 neficiariis, quibus ea minutatim distribuuntur,
 vt spe quæstus id faciant, ad quod efficiendum
 ideo cogi posse non videntur. quia secūdum ve-
 terem

DE SAC. ECCL. MINIST.

terem institutionem fortassis alia fuit eorum in Ecclesia functio. Cuius tamen rei non magnam habuit rationem Bonifacius octauus, ut ex eius *n. d. extra. de* constitutione apparet⁹. Vnde fit, ut quod in compensationem ministerij illius antiquioris ac præcipui datur canonico, tametsi forte in singulas hebdomadas, menses, aut dies distribui soleat, tamen appellatione Diariorum minimè hic cōtineatur. Nam interdum canonici nullam cer-

o. extra. postu lasti, & ex-
tra cum non-
nullæ, depre-
bē. glof. prog.
tit. de ann. §.
voluit, in ver-
bo fructib. &
tit. quo temp.
quisq. deb. §.
distributioes,
Oldra. con.
p.c. cum dile-
ctus, de cler.
non resid.
g.c. cum om-
nes de consti-
tutio.
a. glof. c. dile-
ctus, de off.
b. d. c. dilect⁹.

tam possessionem pro ministerio suo assignata
habent, sed à diuisore aliquo frumentum aut vi-
num statu tempore ipsis distribuitur. Sed & pa-
nes quoque dantur eisdem illis nō omnino dis-
similes, qui à iuris ciuilis authoribus panes ciui-
les dicuntur. Eaque cibaria licet cantionibus sa-
cris non assistentes, capiunt⁹. Iis autem qui mu-
iubet, i verb.
traria sit consuetudo⁹.

18.

De redditibus & obuentionibus quibusdam
episcoporum. Cap. 5.

Iura episcopalia quidam ita describunt, ut
partim ad legem iurisdictionis, partim ad legem
diœcesanam pertinere ea dicāt⁹. Quam distin-
ctionem Panor. vt ineptam, & nulla ratione au-
thoritatéue nixam improbat⁹. Nobis autem
propositum non est, quicquid ad episcopi mu-
nus spectat hīc exequi, quod cæteri fūse expli-
cant,

cant. sub tit. de offic. ord. & à nobis non indili-
 genter tractatum est lib. 1. De reditu & prouen-
 tu illo tantum hīc differimus, qui ex episcopio
 percipitur, præter ingentes possessiones & lati-
 fundia, quæ vulgò bona temporalia vocant. Post-
 quā enim reditus Ecclesiæ, qui antiquitùs erant
 communes, & ab episcopo distribuebantur, di-
 uisi sunt, & singulis ministeriis attributi, quēad-
 modum à nobis dictum est lib. 2. episcopis singu-
 lis vectigal quoddā ab inferioribus ecclesiis pē-
 di cœptum est. Huiusmodi imprimis illud est,
 quod in synodo à singulis curionibus, & infe-
 riorum ecclesiarum gubernatoribus exigunt.
 Nam duos solidos singuli episcopo dare iuben-
 tur ^{d.}. Cuius muneris vacationem habent mo-
 nastry, ut concilio Toletano constitutum est ^{e.} 10. q. 3 con-
 Diciturque hoc ius vulgò cathedralicū, quod
 cathedræ, id est honoris episcopali debeatur. Ca-
 thedra enim in iure pōtificio pro honore ac mu-
 nere episcopali saepe accipitur ^{f.}: propterea quod
 olim episcopi, quorū munus proprium ac præci-
 puum est docere ^{g.}, sedentes in solio & cathedra
 docebant ^{h.}. Ac quoties episcopus aliquis crea-
 batur, collocari in eo solio atque throno solebat,
 veluti possessionis cuiusdā apprehendendæ gra-
 tia. Hinc enthroniasticum à Iustiniano dictum
 est ^{i.}, honorarium illud, quod episcopi munus
 suum auspicantes Ecclesiæ largiebantur. Hinc
 etiam dictæ sunt cathedrales Ecclesiæ, ut à cæte-
 ris inferioribus discernantur ^{j.}.

d. c. 1. c. illud,
 querente, de
 off. ord.
 e. c. inter. 10.
 g. 3.
 f. c. non autē.
 c. placuit. c. si
 quis episco-
 pus. 7. q. 1.
 g. c. inter cæ-
 te. de off. ord.
 h. Euseb. lib.
 7. eccl. c. 15.
 c. 26. Tripar.
 lib. 5. c. 29.
 i. Nouell. 123
 l. c. venerabi-
 li, deverb. sig.

DE SAC. ECCL. MINIST.

II. Cùm episcopus aut archiepiscopus prouinciæ vel diœceseos suę ecclesias & monasteria solenni more inspicit, earum ecclesiarum vel monasteriorum præfecti hospitio eum recipere, vietumque ei præbere coguntur^m. Et hæc est illa hospitalitas, quā nostræ religionis antesignani tantopere nobis commendaruntⁿ. Cuius forma & ratio quibusdam canonibus atque constitutionibus præscripta est^o. Hoc autem munus ideo procuratio vocatur, quia Ecclesiæ episcopū procurant, id est curant, alunt ac tuentur: sicut pueri dicuntur procurari à nutricibus, & equus à domino apud Plautum, & alios authores Latinos, qui propriè ac emendatè locuti sunt.

III. Quadrans illius decimæ, de qua paulò ante diximus, debetur episcopo, & eorum præreà quæ à mortuis testamento relicta sunt ecclesiis inferioribus^p.

IV. Indicitur ab episcopis nonnunquam extraordinaria collatio, si necessitas urget: ut puta si ære alieno grauata sit Ecclesia, si ad synodum generalem proficisciendum sit, &c^q. Alias omnis indictio prohibetur^r. Sed hæc collatio, de qua loquimur, non videtur olim pro potestate & imperio indici consueuisse, vt nunc assolet: precibus enim ac suasionibus eam impetrabant episcopi, non tanquam dominantes, &c. vt Petrus ait. Proinde hoc munus ἀπὸ τῆς χάριτος nomē habet, quasi charterium quoddam spōte oblatum potius, quam vectigal vi extortum ac expressum

*m. c. conque-
rente, de off.
ord. tot. tit. de
censib. c. cum
ex officij, de
præscript.*
*n. 42. dist. c. I
o. c. placuit.*
*10. q. 1. c. I.
& sequen. de
censib. in 6.*

*p. d. c. conque-
rente. c. de
quarta. de
præscrip. c.
officij. c. re-
quisisti. de te-
sta.*
*q d. c. conque-
rente. c. cum
apostolus, de
censib.*
*r. c. quia co-
gnouimus. 10
q. 3. d. c. cum
apostolus.*

Pressum sit.

De his que sacramentorum, & aliarum huiusmodi rerum nomine contra veteres canones exiguntur. Cap. 6.

Vetant canones non solum antiqui, sed & recentiores quoque, ne pro ministrandis sacramentis premium exigatur^a. Sanctissima etenim res (ut de iurisprudentia Vlpia. scribit) pretio nummario aestimanda de honestandaque non est^b. Ac valde improbatur eorum mos qui pro consecratione basilicarum, aut pro monastica professione pecuniam ab inuitis extorquent^c. Nec eos minus detestantur canones, qui pro se pelieatis in templo vel cœmeterio cadaveribus, aut exequiis pecuniam efflagitant^d. Earum tamen rerum nomine à sponte liberaliterque offerentibus pecuniā, aut rem aliam accipi canones nō prohibent^e. Quædā enim honestè accipiuntur, vel authore Vlpia. quæ in honeste petūtur^f. Quanuis autem pro huiusmodi rebus nihil exigere liceat, sed absque pretio, atque adeò cautione villa præstari debeant, tamen vulgo receptum est, si quid eo nomine vltro offerri consuerit, ut talis consuetudo veluti pia & honesta obseruetur, ad eamque obseruandam authitate superioris antistitis etiam inuiri adigantur: sed suscepto iam sacramento, aut sepulto cadauere, &c. ne alioquin eas res quisquam mercari

*a. c. cum in
Ecclesiæ, de
simo.
b. l. i. de ex-
tra. cog.*

*c. c. placuit.
c. quam pio.
I. q. 2.
d. c. questæ,
& seq. 13. q.
2. c. abolendæ
de sepul. e. d. c. questæ.
f. d. l. i. de
extra. cog. c.
non sanc. 14.
q. 5.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

videatur. Proinde sacrifici nostri temporis, qm certam Ecclesiam nullam regunt, postquam sacram peregerint, si consueta merces ipsis non præbeatur, episcopum adite solent, postulantes non quidem aperte, vt sibi pretium numeretur, sed vt laudabilis consuetudo obseruetur, &c. Quo casu episcopus in laicos etiam homines iurisdictionem exercet. Hoc autem genus expiscandæ pecuniaæ, quod à veteribus canonibus, & maiorum institutis valde alienum est, ex Inno-

g.c.ad aposto centij IIII. constitutione manauit. Cuius ta-
līcā, de fino. men longè alius videtur sensus esse, vt plerique
iuris pontificij doctores annotauerunt. Sed *anivita* hīc mouere nobis consilium non est.

*An mortuo beneficiario hæres legitimus
ei succedat. Cap. 7.*

b.c.apostolica Certi iuris est beneficia ecclesiastica cogni-
8.q.1.c.10. de præben. c. tionis aut propinquitatis iure cuiquam non de-
adhæc de de- ferri ^b. Nam siue vsum habere eos dixerimus, si-
i. §. finitur. ue vsumfructum, dubium non est, quin illud ius
Instit. de vsum- morte ipsorum extinguitur ⁱ. De fructibus ante
fruct. mortem perceptis quaestio tractata est, & cō-
stat ex iis quæ lib. 2. differuimus, ad hæredes
legitimos nō transire, cùm usuatio magis quam
usufructuario beneficiarius comparandus sit.
Lc.ad hæc. c. Itaque is qui in demortui locū suffectus fuerit,
relatiū de te- quasi dispensator administratōrque eos capiet ^l.
sta.c. vlt. de off. ord. in 6. Sed moribus comparatum est, vt beneficiarij
per

perceptos iam fructus, tanquam usufructuarij,
ad hæredes suos transferant".

An beneficiarius successorem eligere, et fructus
beneficij testamento legare posuit. Cap. 8.

Antiocheno concilio ^a statutum est, ut episco-
po successorem sibi constituere nō liceat ^b. Quo-
tamen concilio non prohibetur aliquem nomi-
nare, quem sibi successorem optet ^c. Id enim à
plerisque sanctissimis viris factum est, cuiusmo-
di sunt Petrus, Athanasius, Augustinus, de qui-
bus postea dicemus, lib. 8. Sed talem nomina-
tionem synodus vult irritam esse, nisi episcopo-
rum & clericorum suffragiū postea accesserit ^d.
Ac huius prohibitionis rationem docet Hie-
ronymus in epistolā Pauli ad Titum, cuius ver-
ba Gratianus in Rhapsodia sua refert ^e. Quod
ad fructus attinet, animaduertendum est, iure
Pontificio non permitti beneficiariis eos testa-
mento cuiquam legare, ac ne res quidem a-
lias ex facultatibus Ecclesie, aut contemplatio-
ne eiusdem acquisitas ^f. Quod est accipiēdum,
nisi fortè in pauperes eleemosynam conferre ve-
lint: qua tamen in re modus seruari debet ^g.
Quanuis enim administrator rerum ecclesiasti-
carum possit arbitrio suo pauperibus largiri,
quæ verè pauperum sunt, ut diximus libro se-
cundo, tamen fraudis vitādē causa, libera legādi ^h.
facultas non est ei cōcessa ⁱ. Quæ verò ad bene-

*m. §. is vero
Instit. de rer.
dixiſ. l. ſi ſur.
l. defuncta, de
uſuſi. l. qui
ſcit, de uſur.*

*glos. prag tit.
de annat. §.
item quod. in
verb. acquiſi-
tos.
a. c. 23.
b. c. episcopo.
8. q. 3.
e. c. apostoli-
ca, 8. q. 1.
d. c. plerisque
8. q. 1.*

*c.e.c. Moses,
8. q. 1.*

*f. c. fixum, 12.
q. 5. c. cum in
officiis. c. ad
hæc, de testa.
g. d. c. adhæc.
h. arg. l. vi-
us ſi quid in
fraud. patro.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

ficiarium perueniunt ex amicorum liberalitatē,
puta, aut artificio aliquo, &c. nec propter Eccle-
i.e. quia nos. siam acquiruntur, de his testari potest¹. Verūm
c. relatum, de hæc moribus nostris ferè antiquata sunt, permit-
testa.
l. glos. prag. titūrque beneficiariis de fructibus beneficij²
tit. de annat. līsque huiusmodi rebus arbitratu suo testari¹.
verb. acquisi-
tos.

Quibus ex causis rerum ecclesiasticarum alienatio
permittatur: Quæ forma in huiusmodi alie-
natione debeat obseruari, et elucidatus ca-
non Agathensis concilij ad eandem rem
pertinens, qui vulgò male intellectus
magnam iudiciorum varietatem
peperit. Cap. 9.

Rerum ecclesiasticarum alienatio canoni-
bus prohibita est, nec earū modò quæ sacræ ha-
bentut, & hominum commercio exemptæ, cu-
iusmodi sunt cedes ipsa, ius decimæ, vasa conse-
crata, &c. sed prædiorum etiam ac possessionū,
a. auth. de quæ bona temporalia vulgò appellantur⁴. Non
non alic. et enim beneficiarius harum rerum dominus est,
auth. de alic. & ius utendi solummodo habet. cäque prohibi-
C. emp. c. tio alienationis ad monasteria, xenodochia, no-
nulli, de reb. socomia, & alia huiusmodi pia loca pertinet^b.
eccl. non alic. Sodalitia tamen & φρατρίας, quas vulgò confra-
b. auth. de non alic. ternitates appellamus, hīc non comprehenduntur re-
auth. de alic. cte Baldus césuit, quod profanæ societates sint^c.
C. emph. Nam & regiis constitutionibus ea Comi Bac-
c. Bal. i. d. au- th. hoc ius. chique conuenticula ut pernicioſa Reipub. om-
nino

nino interdicta sunt. Alienationis autem appellatio continetur venditio, donatio, permutatio, emphyteusis, hypotheca, & cætera id genus negotia, quibus aut dominium, aut aliquod ius proximum & affine dominio transfertur^d. Sed et si quis ad longum tempus locauerit, id est, ut vulgo interpretamur, decem annorum, alienare is dicitur, quia hoc genere locationis quasi dominium quoddam transfertur in conductorem, adeò ut ei in rem actio competit^e. Quibusdā tamen ex causis rerum ecclesiasticarum alienatio permittitur^f i. si æs alienum vrgeat, nec possit ex fructibus satisfieri^g. Nam & eandem ob causam prædia minorum, qui sub tutela vel cura sunt, distrahere licet^h.

II. Permittitur alienatio rei minus utilis, ut res alia utiliore ac fructuosiore acquirat Ecclesiaⁱ.

III. Si pecunia ad alédos pauperes in magna aliqua fortassis caritate annone, aut ad redimendos captiuos opus sit, nec ea aliunde suppeditat^k. Hic enim est præcipuus rerum ecclesiasticarum usus, ut admonuimus lib 2. Ac ut summatim dicamus, quotiescumque vel necessitas aliqua, vel manifesta utilitas Ecclesiae exigit, receptum est harum rerum alienationem permitti^m. Et hæc in rebus Ecclesiae profanis maximè locum habent. Sed & sacra quoque vasa, & aliæ res huiusmodi nonnunquam alienanturⁿ. Item decima quæ inter res sacras ac spirituales vulgo habetur^o. Hoc amplius, Ecclesia aliqua tota in-

T

d. l. i. C. de
fūl. dot. l. vlt.C de reb. a-
lie. § aliena-
tionis, in au-
th de non a-
lienand. d. c.
nulli.c. Cle. i. de
reb. eccl. non
alie. vbi not.
l. i. de super-
fic.f. glof. sum 12
q. 2. Panor.

d. c. nulli.

g. auth. hoc

ius.

h. l. i. de reb.
co. qui sub tu-
te.i. d. anth. hoc
ius, c. ut super
de reb. eccl.
non alie.l. c. aurū. c. sa-
crorū. 12. q. 2
m. c. sine exce-
ptione. 12. q.

2. c. dudu, de

reb. eccl. non

alien. in 6.

n. l. sanctimus,

C. auth. seq.

C. de sacro.

o. d. c. dudu

DE SAC. ECCL. MINIST.

p.c. *pastoralis* terdū alienari potest^r. Quanuis autē ex iis cau-
de donat. tot. tit. de his qu. si alienatio concessā sit, tamen ne vtilitatis ali-
fi. à præla. cuius prætextu temerè & in perniciē Ecclesiæ a-
ele. si vna, de lienatio fiat, constitutus est certus ordo certaque
reb. eccl. non forma iure ciuili & pontificio, quam in huius-
alie. modi alienatione seruari oporteat^g. Sed legi-
q. auth. de a- bus ciuilibus alligari se non patiuntur viri eccle-
lie. & emph. siastici, & pontificios canones de ea re editos
tantū recipit consuetudo, per quam dubium

r. not. in c. cū non est, quin solennitas mutari possit^r. Quare
causa, dñe formam canonibus præscriptam, quæ vsu rece-
iud. pta est, hīc explicari sufficiet. Forma igitur iuris
pontificij hæc est, vt alienationem antecedat di-
ligens tractatus, & communis deliberatio cleri,
id est collegarū, qui canonici dicuntur, si Eccle-
sia tale collegium habeat: deinde omnium con-
sensus, aut certè maioris partis, ac præterea sub-
scriptio adhibeatur: quibus omnibus superio-
ris antistitis authoritas accedat^r. Ac cùm de

t.d.c. *sine ex- ceptione. d.c.* antistite quæritur, locus in quo est alienans Ec-
dudum. c. i. clesia, non in quo res quæ alienatur sita est, spe-
de his q. fiunt à præla. ctandus esse videtur, quanuis aliqui contrà sen-
v.d. auth. hoc tiant^v. Et tametsi licitationem, subhastatio-

x.d. auth. hoc némque solennem ius ciuile requirat, tamen id
ius. canonibus ecclesiasticis nusquam expressum re-
a.c. quod qui- peritur^r. Sed quæritur, an vt valeat alienatio
busdam de fi- premium in rem Ecclesiæ versum esse oporteat?
deiuss. not. in Qua de re videnda est Panormitani distinctio^r.
d. auth. hoc ius. Ex iam dictis consequitur alienationem rerum
ecclesiasticarum ita demum valere, si duo con-
cur-

currant. Vnum est, ut ob iustum legitimamque causam fiat: alterum, ut ordo prescriptus iure pontificio accuratè obseruetur. Quod si aliter fuerit alienata res, ea cum fructibus vindicari ac repeti poterit^b. Sed longi temporis prescriptione re-

<sup>b. c. non liceat
12. q. 2.</sup>

ctè se tuebitur possessio, si bona fidem habeat^c.

^{c. Panor. in c.}

Quod tempus à morte tantum beneficiarij qui alienauit currere incipit, ut concilio Toletano cautum est^d. Excipiuntur sanè aliquot casus, in

^{de quarta. c.}

quibus ille solennis ordo non requiritur.

^{non liceat, de}

Primus est cum res ecclesiastica titulo clientelæ, vel emphyteuseos concedi solita est. Potest enim more consueto ab antiquitate dari, quanvis formâ canonib[us] praescriptâ minime obseruet^e.

^{e. e. 2. de}

II. Excipiuntur res mobiles quæ seruando seruari non possunt. Nam earum rerum minime prohibetur alienatio^f.

^{feud. c. vt su-}

III. Sunt qui putant factam omissa forma alienationem efficacem esse, si ea non noceat Ecclesiæ. Idque colligi videtur ex concilio Athensi, cuius hæc verba sunt, Terrulas aut vineolas exiguae & Ecclesiæ minus vtiles, aut longè positas paruas episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem^g. Verum ille canon meo iudicio formam illam cuius suprà meminimus non remittit. Nā quod ibi dicitur, sine consilio fratrum, de aliis episcopis accipi debet, quorum consensus eo tempore necessarius erat, ut ex canone septimo eiusdem concilij, & ex concilio Carthaginensi

^{per, de reb. ec.}

^{cle. non alie.}

^{Bar. in auth.}

^{qui rem C. de}

^{sacro. eccl.}

^{Guid. pa. q.}

^{154.}

^{f. c. fugitiui.}

^{12. q. 2. l. lex}

^{que. C. de}

^{admi.}

^{g. Innocet. in}

^{c. 1. de in in-}

^{teg. test. Fab.}

^{inlit. de eo}

^{cui lib. cass.}

^{bon.}

^{h. c. terrulas}

^{12. q. 2.}

DE SAC. ECCL. MINIST.

*h. §. quod si Toletanóque constat b. Itaque cùm necessitas
 necessitas, o. ita vrget, vt episcoporum coquentus commodè
 q. 2. c. quicū- non possit expectari, permittit synodus Agathé-
 que 12. q. 2. sis sine iporum consilio non quaslibet terras
 c. nullus, 17. 9. 4. ac possessiones distrahere, sed exigua tantum,
 & quæ non magnum Ecclesiæ fructum afferūt.
 Qua in re clericorum sive canonicorū qui præ-
 sentes sunt, tractatus atque consilium minimè
 negligendum esse videtur: & qui nobis aduer-
 santur nulla satis firma ratione suam compro-
 bant opinionem. Quod enim dicitur negotium
 cum pupillo contractum sine tutoris authorita-
 te valere, si id expeditat pupillo, sic accipiendum
 est, cùm pupillus aliquid sibi stipulatur: id enim
i. l. neque. C. ipsi damnosum esse non potest i. Et quod Iu-
 de contr. *skip.* stinian. ait, pupillum posse conditionem suam
l. § 1. Instit. meliorem facere¹, hunc habet sensum, pupillū
 de autho tue. vtiliter id negotium contrahere, ex quo nullum
 ei damnum contingere potest, quodque seruari
 desiderat, cuiusmodi est stipulatio qua sibi ac-
 quirit. Itaque hæreditatem inutiliter adit, quan-
 m. l. obligari, uis lucrosa sit^m: quia hæreditatis aditio nō sem-
 de auth. tut. per vtilis est. Similiter alienatio prædiorum pu-
 pillaryum, quæ inutilis plerunque ac perniciosa
 est pupillis, absque decreto prætoris & cause co-
 gnitione omnino prohibetur. Nam tametsi in
 rem minoris aliquando prædia alienentur sine
 decreto, tamen id perquam necessarium est, ne
 alias exemplum pupillis noceat, cuius h̄c maxi-
 mè habetur ratio. Idem enim h̄c veremur, quod
 Au-*

Augustus quondam in militari disciplina: cuius verba apud Macrum hęc sunt, tit. de re milit. Et si scio fabrilibus operis exerceri milites non esse „ alienum , vereor tamen si quicquam permisero, „ quod in vsum meum aut tuum fiat, ne modus in „ ea re non adhibeatur , qui mihi sit tolerandus ". n.l. officium, Sic enim multa iure tum ciuili , tum pontificio de re milit. paſsim constituta reperiuntur , quæ in speciem iniqua sunt , si quis ad priuati cuiusque vtilitatem respiciat , sed in vniuersum ea prosunt & publicè vtilia esse creduntur . Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum (vt Calsius apud Tacitum ait) quod contra singulos vtilitate publica rependitur. Illud sanè inficiari nolo, si Ecclesia non conqueratur , quia se laſam fortassis non existimat, valere contractum , in quo solennia defuerunt: idque minorum exemplo . o.l. non eo mi Verū aduersarius prætextu omissæ solennitatis, ab eo contractu recedere inuita Ecclesia non poterit, aut eam nolentem ad contractum obseruandum cogere . Atque ita etiam accipi potest , quod suprà diximus , minorem posse conditionem suam meliorem facere . Quod autem obiiciunt nōnulli ex Vlpiani ad D. Marci orationem interpretatione, quanquam subdifficile à plerisque existimatur, tamen facile nisi fallor, dilui potest, si quis verba & mentem authoris, id est, D. Marci, expendat, & quid inter eius orationem de alimentis, & orationem D. Seueri de rebus pupillaribus intersit, paulò diligenter.

DE SAC. ECCL. MINIST.

tius considereret. Non enim D. Marcus transac-
tionem de alimentis sine decreto factam sim-
pliciter irritam esse vult, sed si ita transactum fue-
rit, ut representatam pecuniam alimentarius
consumat: vnde Vlpianus verba orationis inter-
pretans ita differit, Si transactio sic fuerit fa-
cta, vt semel numeretur ac representetur quod
testator particulatim alimentorum nomine pre-
stari voluit, decreto pretoris tunc opus est, quod
causa tantum cognita interponitur. Sin autem
aliter transactum fuerit, vt puta, vt id quod in
singulos annos erat alicui relatum, conseque-
retur per singulos menses, &c. huiusmodi trans-
actionem D. Marcus non improbat, quasi de-
cretum in ea sit necessarium. Alia causa est alien-
nationis praediorum pupillarium à D. Seuero
prohibitæ: quia simpliciter prohibita est quo-
cunque modo fiat, sicut & rerum ecclesiasti-
carum alienatio, de qua h̄c differimus. Et h̄c
nostra sententia est de quæstione vulgo agita-
ta, quæ adèò controversa est in foro, vt iudi-
cia curiæ centenariæ contraria extent, nec inter
classes seu decurias iudicium adhuc conuenire
potuerit. Qui contrà sentiunt, æquitatem fort-
assis aliquam nobis opponent, & simul ecclæ-
siasticorum hominum avaritiam, quorum opes
minui magis quam augeri publicè expediat, vt
libro secundo admonuimus. An huiusmodi ra-
tiones iudicem mouere debeant, viderint a-
lij. Ego certè meam sententiam ita scripto iure
tueor,

r. l. i. de reb.
co.

tueor, ut cum iis qui euidenti æquitate vel utilitate nitentur, pertinacius contendere nolim. Cùm igitur hæc ita se habeant, quæri potest, si in tabulis nulla solennitatis in alienando seruatæ mentio fiat, an ob diurnitatem temporis interuenisse præsumatur? Et variæ iuris doctorum opiniones reperiuntur, quas ex eorum commen-
tariis ediscere licet.

*s. not. in l. scië
dum, de verb.
oblig.*

*Quorum munerum vacationem beneficiarij &
ecclesiastarum ministri habeant. Cap. IO.*

Inter iura atque commoda beneficiorum illud non minimum est, quod tametsi bonis fruantur Ecclesiæ, tamen ad munera subeunda non compelluntur. Quorum autem munerum vacationem habeant, nunc tractandum est. Et imprimis munera personalia non subeunt, ne aucentur à functione ministerioque suo ^{a.} Perso- *a. l. generali-
nalia hinc vocamus quæ opera ac industria exer-
centur absque sumptu & diminutione patrimo-
nij ^{b.}. De patrimonialibus paulo difficilior est *ter. C. de epi-
sco. & der.
b. l. a. & vlt.
de munerib.**

quæstio i. quæ sumptum postulant, & damno administrantis expediuntur absque villa opera aut labore ^{c.}. Et animaduertendum est hæc munera *c. d. l. l. &* duplia esse. Quædam enim imponuntur posses- *vlt.*
sionibus ipsis ac prædiis, nulla personarum à quibus possidentur, habita ratione. Alia imponuntur personis, non rebus, quanuis aliquando in huiusmodi impositione modus facultatum

T iiiij

DE SAC. ECCL. MINIST.

spectetur. Ideoque mixta munera à quibusdam,
d.l. rescripto, sed contra morem loquèdi veterum, dicuntur^d.
& l.vlt.de mun. & ho- Rursus horum munerum, quædam ordinaria le-
gitimaque sunt, ut portoria: quædam isagogica,
exagogica, & alia id genus in Gallia nostra, quæ
canonis appellatione significantur. Alia extra
ordinem indicuntur principum aut magistra-
tuum arbitrio, cùm nulla sint lege constituta,
e.l.in hono- nec certam præstationem habeant^e. Sed ut ad
rib. de vac. rem veniamus, illud inter omnes conuenit, ex-
mun. l. i. C. traordinariis muneribus iure ciuili ecclesiæ nō
de vac. pub. subiici^f: sed ordinariis tantum, quæ & canonici-
f.l. placet. C. ca dicuntur. Stata enim illa tributa atque veci-
de sacro. eccl. galia, quæ nerui Reipub. dicuntur ab Vlpiano^g,
g.l.i.de que- quod sine illis publicū statum tueri non liceat,
jjio.
b.l.nullus. C. nemo detrectare potest^h. Quæ verò extra ordi-
de decurio. nem indicuntur arbitrio principum, ea subire
i. l.iubemus. non coguntur Ecclesiæ, nisi ob causam valde
l.neminem. necessariam Reipublicæ indicantur, ut mox
C. de sacros. dicemusⁱ. Nec vlla distinctio est in iure ci-
eccles. uili inter ea munera quæ prædictis, & ea quæ
personis indicta sunt. Omnibus siquidem
muneribus legitimis atque ordinariis obnoxiae
sunt Ecclesiæ. Itaque eius collationis, quam
taleam hodie appellamus, si ius ciuile respicias,
vacationem vix habent. Nam etsi olim extra-
ordinarium munus esset, ac prout belli ne-
cessitas flagitabat, ad tempus indici solitu-
tamen edictis regiis ad ordinariam præstationem
redactū est. Id quod à priscis etiā imperatoribus
Ro-

Romanis factum fuisse in legibus ipsorum cō-
perimus^{1.} Nec satis perspicio quemadmodum
iuri ciuili diuinum ius hīc aduersetur . Nam
Christus Cæsari tributum pendi non solūm pre-
cepit, dicens, Reddite Cæsari, &c. sed ipse etiam
cum suis apostolis illud exoluit , tametsi ex re-
gia stirpe ortus esset: ideoque tributis obnoxius
non esse videretur ^{2.} Idque veteres ecclesiasti-
ci scriptores ad vnum fatentur , ex quibus non
pauca in suam Rhapsodiam Gratianus retulit
^{3.} At hodie viri ecclesiastici contendunt , pri-
mūm se illis muneribus non subiici , quæ per-
sonis indicuntur magis quam possessionibus ^{4:}
quia iure pontificio , quo nunc vtimur , prin-
ceps in personas ecclesiasticas nullum impe-
rium , nullāmque potestatem habet . Deinde si
quæ prædia antiquitù libera atque immunia
possideant , in ea tanquam Deo consecrata &
dicata nihil iuris principem habere aiunt ^{5.} Ex
quo consequens est , ad eam solūm tributionem
eos teneri , ad quam oblata erant prædia ante-
quam ad ipsos peruenirent ^{6.} Et extant Bonifa-
cij octauij cōstitutiones ^{7,} quibus nō ab extraor-
dinariis tantūm muneribus , quod iam antè san-
ctum fuerat ^{8,} verūm à quibusunque etiam
tributionibus personas ecclesiasticas eximit: sed
ita vt causam nullam , quamlibet iustum ac ne-
cessariam , excipiat . Sed & illud quoq; adiicit ,
vt ne volentibus quidem clericis Ro. pontifice
inconsulto pecuniā conferre liceat . Nec mi-

*l.l.i. C. de in-
diſſio.*

9 Matth. 17.

*m.c. si tribu-
tū, c. magnū,
II. q. I. c. tribu-
tum, 23. q. 8.
n.l. rescripto,
de mune. &
bono.*

*o.r. nulli lice-
at, 12. q. 2.
p.c. 2. de cen-
fib. l. impera-
tores de publi-
ca. not. Panor-
in c. non mi-
nus, de im. ec-
cle.*

*q. c. clericis,
de im. ec. in
6.c. quanquā
de censib.
r. c. non mi-
nus. c. aduer-
sus, de im. ec.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

rum est ab insolenti homine, impotenterque ani-
mi, qualem describunt Bonifacium historici,
constitutionem adeò iniustam, & ab omni æ-
quitate abhorrentem emanasse. Nec è hæc di-
co quòd Ecclesiæ ecclesiasticarumque persona-
rum priuilegiis & vacationibus impensè non
faueam, quas sapientissimi quique veterum ma-
gno semper fauore ac liberalitate prosecuti sunt.
Ac vt à nostris incipiām, Druides qui sacerdo-
tes quondam fuerunt in Gallia, authore Cæsare
in Comment. tributa vñà cum reliquis non pen-
debant, militiæque vacationem, & omnium
rerum habebat immunitatem. Reges Ægyptio-
rum quintam partem annui prouentus capere
soliti sunt, præterquam ex prædiis sacerdotum

*¶ Genes. 47. ¶ Artaxerxes Persarum rex in sacris bibliis scri-
bit Eſdræ, nè vñllum imperet tributum sacerdo-
tibus π. Sed si præfracte ac sine exceptione vlla*

*velint clerici vacatione ista quam obtinuerunt
à principibus vti, aut abuti potius, nihil profecto
erit inhumanius, nihil ab instituto sacerdotis
Christiani alienius. Ac poterit eis meritò obiici,
quod Diocletianus imperator nescio cui philo-
sopho vacationem munetur poscenti respon-
dit: Professio & desyderium tuum inter se di-
screpant. Nam cùm philosophum te esse pro-*

*f. l. professio. ponas, vincetis auaritia & rapacitate s. Imprimis
de mu. patr. enim æquum est, vt statum legitimūnque ve-
ctigal, quod canonem vocamus sine recusatio-
ne ciues omnes Reipublicæ, siue principi pen-
dant,*

dant, cùm legibus institutus sit, tanquam ad statutus publici tutelam necessarius. Deinde si quid extra ordinem indicatur ob graue imminens periculum Reip. cui aliter oblisti non possit, aut ob aliam huic non dissimilem causam, ratio postulat, vt eius oneris partem ferant ecclesiastici viri, quanuis extraordinarium munus sit. Nam ideo eximuntur ab extraordinariis muneribus, quòd absque magna necessitate sè penumero pro arbitrio principum aut libidine potius indicantur, quibus ad Republicæ procurementem & conseruationem maiestatis suæ canon, & ordinaria pésitatio creditur sufficere. Tolerabilius enim visum est, cám exactiōnēm quæ vitari omnino non potest, in profanos homines, quām in Ecclesiā, ecclesiasticāsque personas deriuari. Fit tamen nonnunquā, vt ecclesiasticos viros horū munerum participes esse omnino oporteat. Id quæ exemplis ex iure ciuili petitis facile ostendi potest, vt puta, si expeditionis tempore plaustris, mancipiis, aut aliis huiusmodi angariis vel parangariis opus sit^t, si ob annuam embolam, ut ait Theodosius, nauis sit necessaria^v, cuius verbi interpretatio ex nouella Iustiniani τῷ καφιστῶν δημοσίων petenda est. Huius enim significationem & proprietatem constitutio- nis Theodosianæ interpres non perceperunt. Item si in refectionem itinerum aut pontium sumptus faciendus sit, non excusari ecclias constitutum est^x. Sed hoc munus videtur

^{t.l.neminem.}^{C.de sacros.}^{eccl.l.nullus.}^{C.decur.pub}^{c.ecclesiarii,}^{12.q.2.}^{v.l.iubemus.}^{C.de sacr.ec-}^{clif.}^{8.183.}^{x.l.ad instru-}^{ctiones. C. de}^{sacros.eccl.}

DE SAC. ECCL. MINIST.

inter ordinaria & canonica referendum esse , &
de portoriis , quæ eo nomine exigi solent , acci-
pienda constitutio . Ac vt summatim omnia
complectar (nam omnia sigillatim enumerari
non possunt) quoties flagitat necessitas , princi-
pi licet ecclesiasticas facultates impēdere . Quod

y 4. Reg. 18. & Ezechias rex pius fecisse legitur ² . Si enim
pauperibus captiuis & calamitosis hominibus
erogantur Ecclesiæ opes , cur ad eas calamita-

a. c. aurii. 12. tes vitandas depellendāsque non insumentur ³ ?
q. 2. Et satis perspicuum est ex his quæ tractauimus

b. c. filii. 16. libro primo , distributionem earum facultatum
q. 7. ad principis curam aliquando pertinere ⁴ . Quid
plura ? circunfertur Bonifacij , cuius paulò antè
meminimus , diploma , quo testatur ac decla-
rat constitutionibus à se priùs editis ademptam
non esse facultatem regi Francorum pecuniæ
collationem ecclesiasticis personis imperan-
di , vel inscio Romano pontifice , quoties pro
aris & focis pugnandum erit , idque ad patriæ

e. Vide Feral. defensionem necessarium videbitur ⁵ . Eòdem
pertinet quòd Gregorius nonus ab excubiis &
mutorum ciuitatíisque custodia neminem præ-

c. c. 2. de im. textu ecclesiastici ministerij excusari præcepit ⁶ :
eccl. cùm tamen id munus personale sit , & à propria
functione clericos auocet , quod multo magis
admittendum est in patrimonialibus muneri-
bus quæ operam nullam requirunt , sed faculta-
tum , quibus Ecclesiæ supra modum abundant ,
erogationem . Nam & Ecclesiæ ecclesiastico-
rumque

rūmque hominum vtilitas id maximè postulat,
ne alioqui perforari sinant nauem , in qua ipsi
nauigant.Nec obstat nostræ sententiæ Federici
II. constitutio , quæ cum hac exceptione intel-
ligenda est ^{d.}. Et certo certius est Honorium
III. eam constitutionem à Federico expressis-
se , quo die cum diademate imperatorio insi-
gniuit. Idque accidit sexto pòst anno quām im-
perator lectus fuit Federicus. Tanto enim tem-
pore dilata est coronatio , quam Innocentius ei
iam inde ab initio negauerat. Nolim autem exi-
stimet quisquam , me us libenter patrocinari qui
iure suo ac potestate hīc abutuntur , & publicæ
necessitatis obtentu ecclesias leui plerunque de
causa grauissimis tributis onerant. Quod for-
tassis non contigeret , si bonorum Ecclesiæ cu-
stodes & administratores , non dicam victu ve-
stituque contenti , vt canones præcipiunt , ea
egenis distribueret (seueritatem enim illam an-
tiquā corruptissimi huius seculi mores vix fer-
re possunt) sed luxum , profusionem ^{ασωτιας} , cu-
ius nomine tam malè audit ea natio , cohibe-
rent ac moderarentur . Postremò notandum
est sicut clerici pro rebus ecclesiasticis quas pos-
sident immunes sunt , ita etiam pro rebus pro-
priis vacationem habere ^{e.} tametsi aliàs patri-
monium clerici rebus ecclesiasticis vsquequa-
que comparari non soleat ^{f.} Nee refert cuius gra-
duis atque ordinis clerici sint , & an ecclesia-
stico beneficio aucti sint , nécne , cùm omni-

*d. auth. items
nulla. C. de e-
pisc. & der.*

*e. c. ecclesiastik
12. q. 2. c. vlt.
devit. & ha-
cler.*

*f. not in e. Ec-
clesia, de con-
stitu. c. quan-
quam, de cen-
sib. in 6.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

g. l. 2. C. de bus generaliter priuilegiū indulgeatur s. Quod
ep. & cle. utique est accipiendum, nisi vxorem duxerint.
Guid. pa. q. h. Nam hi vacationem munerum non habent ex
83. b. c. ex parte. constitutione Bonifaciana¹. Sed duobus tan-
de cle. cōiug. tūm priuilegiis fruuntur, modò vertice rati-
i. de cler. con- sīnt, & more clericorum vestiti. Verū illud
ing. in 6. addere oportuit quod longè maximum omnī
l.c. vi. de vi. ac p̄cipuum est, modò in Ecclesia suo fungā-
& ho. cle. tur officio¹. Nam vt admonuimus lib. i. Clericus
nomen est officij ac oneris in Ecclesia, nec aequū
m. l. generali- est eos vllis priuilegiis frui, qui munus suum ne-
ter. C. de epi- gligunt². Quod & Molinæus noster ad Alexā-
sc. & cler. dri responſa perquām scitē grauitérque annota-
n. lib. i. con. 8 uit³. Quæſitum est de eo qui negotiationem
Alexā. Imol. exerceat. Et non videtur negotiatio, artificium
ue honestum vnde sibi & pauperibus victum
parent, clericis interdictum esse, si non ideo of-
o. l. 2. C. de ficiū suū deferant⁴. Et quod Hieronymus &
ep. & cler. Augustinus aiunt negotiari clero non licet⁵:
& 91. dist. in de quæſtuaria negotiatione accipiendum arbit-
decret.
p. c. negotia- tror inter nostri temporis pseudoclericos visita-
torem, & c. ta, quæ functionem ecclesiasticam impedit.
seq. 88. dist. Receptum sanè apud nos est quancunque ne-
gotiationem exerceat clericus, quod ad bona de-
quibus negotiatur attinet, nullo cum priuilegio
q. cle. vi. de vti debere⁶. Idque concilio quodam Rho-
censib. Fel. in magensi apud ratiociniorum præfecturam per-
c. Eccl. de scripto, & in acta relato cautum accepimus
constitut. anno 1267.

D

*De iudiciis & actionibus, quæ pro beneficiis
comparatae sunt.*

Cap. II.

Iudicia beneficiorum ecclesiasticorum nomine varia, iure prodita sunt. Sed de his tantum h̄ic loquimur, quæ competunt cùm de uniuerso beneficio ac titulo cōtrouersia est. Ac imprimis beneficiario datur Rei vindicatio aduersus eum qui beneficium ipsum possidet, seu detinet^a. Nam etsi beneficium res sacra spiritualis que sit, cuius dominum se dicere non potest beneficiarius^b: tamen quasi dominus quidam habetur, & expressa causa non aliter ac filium suum pater vindicat^c. Et hoc petitorium iudicij, in quo de iure quod quisque litigatorum habet, præcipue queritur, in foro ecclesiastico institui debet: ab eaque cognitione ideo abstinent magistratus, quia ordinatio ministrorum Ecclesiarum, ut res sacra ac spiritualis iudicium Ecclesiarum, non profanorum iudicium requirit. Et constat priscis illis felicioribusque temporibus has cōtrouersias in synodis episcoporum ac presbyterorum magna cum grauitate ac simplicitate dirimi solitas fuisse. Præter iudicium petitorium, & rei vindicationē interdictis quoque possessoriis beneficiorū nomine utimur: in quib⁹ de possessione tantum cōtenditur, siue adipiscēda, siue retinēda, siue recuperanda. Sed moribus nostris retinēdē possessionis interdicta magis frequentantur. Nec dubitat quisquā hodie rerū forensiū

*a. l. sancimus.**C. de sacros.
eccl. c. cū ve-
nerabilis, de
exceptio.**b. l. in rem de
rei vind.**c. l. 1. de rei
vind. Specul.
tit. de appell.
§. nouissime.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

peritus, quin hæc cognitio magistratum sit, non Ecclesiæ, præterquam si de adipiscenda possessione agatur. Quod & Guido testatur in prima quæstione. Sed rationem huius constitutionis forensis nusquam satis explicatam offendimus, & plerisque possessionis causa non minus, quam proprietatis sacra spiritualisque videtur. Nam pontificis Martini diploma, cuius est apud Guidonem mentio, nullum ius nouum regi aut magistratibus eiusdem tribuit: sed permittit eis, ut si quem ea de re à maioribus morem acceperint, eundem sartum, quod dicitur, & tectum conseruent. Verùm ex iis quæ lib. I. disputata sunt de ecclesiastica ciuilique potestate, satis perspicuum est quietis publicæ curam ad principes magistratūque pertinere. Itaque quanuis eas causas iudicet Ecclesia, in quibus de ministerio ipso & ordinatione agitur, & secundum canones ecclesiasticos iudicari debeant, tamen si quis vim inferat alteri, & ius sibi dicat, nec visitatis ac legitimis iudiciis experiatur, principis est ac magistratus eam vim cohibere interim dum apud iudicem competentem de iure suo docuerit. Vnde mirum videri non debet, quod Guido scripsit de interdicto adipiscendæ possessionis magistratus non cognoscere, cùm ob vim illatam minimè competat. Cognoscit igitur magistratus de retinenda aut recuperanda possessione. Ac postquam de vi & possessione pronuntiauit, posteà litigitoribus

toribus Ecclesiæ iudicium subire, ac petitorum iudicium intendere licet. Nec antè id fieri potest, quām iudicium de possessione finitum, & sententia omni modo executioni mandata fuerit, vt & iudiciaria lege Francisci regis cautum est^a. Tametsi autem verè dictum sit à nobis de iure, quod litigatores se habere contendunt, *d. cap. 49.*
 in ministerio ac beneficio magistratum non pronuntiare, sed de possessione tantum ac via illata: tamen in huiusmodi iudiciis possessoris ea demum possessio, quæ iusta esse docetur, ad victoriam prodest. Idque ideo receptum est, ne alioqui contra canones absque institutione possideatur beneficium; & homines inexplorati ad munera ecclesiastica cum graui Ecclesiæ incommodo ac dedecore prosiliant^e. Quamobré *e. c. i. de reg.*
iur. in e. not.
in c. in literis,
de restit. spol.
 lex Regia præcipit litigatoribus, vt iam inde ab initio litis institutæ tabulas inuicem sibi cōmunicent, quibus de iure suo ac titulo docere se posse confidunt. Sed animaduertendum est plenam tituli iurisque probationem hīc non requiri, si-
 cut in petitorio iudicio, sed qualemqualem suf-
 ficer, vt colorem aliquem possessio habeat. Id-
 que in plerisque interdictis locum habet, quæ
 causam proprietatis continere dicuntur^f.

*De his qui liberè & quietè beneficium triennio
 possederunt. Cap. 12.*

*f. glof. cle. de
 eau. pos. d. c.
 in literis.*

Quod diximus in superiori capite sola pos-

V

DE SAC. ECCL. MINIST.

sessione ius non acquiri in beneficio , nisi adsit titulus ac institutio , id perpetuum non est. Si quis enim beneficium triennio possederit, ne de proprietate quidem ac titulo vlla potest ei amplius controuersia moueri. Idque synodus Basiliensis primùm cōstituit, litium finiendarū causa, & ne beneficiariorum ius perpetuo incertum

g. arg. l. 1. de vſu cap. Cuius synodi decretum emulati sunt Romanī pontifices in canonibus illis suis , qui regulæ cancellariæ appellantur. Hinc etiam manauit Leonina constitutio, quæ in Gallia nostra

b. tit. de pacif. poss. in concord. conuentorum appellationem habet ^b. Ea autem constitutio quatuor requirit, quæ si non concurrant , huic triennij præscriptioni locus non est.

Primum est triennij possessio eaque continua, non interrupta, ut constitutionis verba satis indicant. Inde queritur , si quis triennio integro non possederit, sed anno fortè vel biennio , an coniungi possit tempus , quo possedit is in cuius locum successit. Et certissimum est , suc-

i. l. Pomponius, de acquir. pos. l. id tempus, de vſu cap. cessorem authoris accessione vti posse ⁱ. Verum in his ministeriis beneficiisque ecclesiasticis verè nulla successio est , cùm is cui mortuo vel ciurante altero beneficium confertur , nullum ab eo ius accipiat, sed ab antistite potius qui conferendi potestatem habet, ut lib. octauo doccebimus ⁱ.

I. glos. prag. tit. de pacifi. poss. II. Quanuis de titulo ac iure possessoris scrupulosa & exacta inquisitio non fiat , tamen speciem aliquam & colorem tituli legitimæ quæ ordinationis

dinationis cum habere oportet. Nam si prædo aliquis per vim beneficium occuparit, nec probabilem causam suæ possessionis ullam possit afferre, præscriptione triennij se tueri non poterit".

III. Quieta possessio h̄ic requiritur, quam pacificam vocant: nec sufficit possedisse, sed sine controversia ac interpellatione possedisse necessitate est.

IV. Videndum est ne aduersarius qui sese ius in beneficio habere contendit, bellica vi, aut aliás impeditus fuerit, quo minus beneficij sui possessioni incumberet. Quo casu si testatione legitima fuerit usus, triennij præscriptio ei non obseruit.

V. Præter exceptiones constitutione expressas quædam aliæ addi solent non indignæ quæ h̄ic breuiter referantur, ut puta, si beneficium de quo est controversia, perpetuum non sit, sed precarium ac temporarium, cuiusmodi sunt pleraque monachorum præfecturæ, quas alibi admonuimus propriè beneficia non appellari. Nam si antistes superior precarium illam administrationē reuocare & adimere velit, à monastica sanè disciplina alienum est, ut is præscriptio temporis summoueatur".

VI. Hæc triennij præscriptio ei non nocere creditur, qui Regaliorū iure beneficium petit ab eo, qui alio iure nititur. Receptum est enim in Gallia, ut XXX. annorum præscriptio

*m.d.tit.de p.
uf.poss.*

*n.Rot.dec. i.
in antiqu.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

*o. glos. prag.
tit de pacif. in
verbo, colo-
rsum.
p.c. si benefi-
cia, de preb.
in 6.*

VII. Si euictum fuerit beneficium , quod quis ex causa permutationis acceperat , nec ratio , nec æquitas patitur , vt suum reposcenti exceptio triennij obstat ¹. His exceptionibus alia fortassis accedere possunt , de quibus difficile non erit opinor iudicium , si quæ h̄c à nobis summatim tradita sunt rectè percepta fuerint . Verùm cessante omni exceptione triennij , possessio vim tituli ac legitimæ institutionis habere intelligitur . Ac eo nomine impetrari solet à rege diploma , quo præcipit magistratui vt possessorem tueatur . Estque eius cognitionis tanta vis , vt iudicium ecclesiasticum & petitorum , cui aliàs possessorum non præiudicat , omnino perimere dicatur . Proinde possessori non solum acquiritur præscriptio siue exceptio , sed actio etiam , qua aduersus quenuis possessorem experiatur . Nam alioqui aduersus Leoninam constitutionem facile possit ei molestia exhiberi . Adeò autem verum est hunc possessorem post lapsum triennij tutum esse , vt ne superiorem quidem antistitem reformidet : cuius est inquirere in eos qui sine titulo beneficia possident ² . Hic enim titulo penitus non caret , vt ex iam dictis constat .

*q. tit. de pa-
cif. poss. in
concord.*

De subrogationibus iudicariis. Cap. 13.

Visitatum est in foro nostro subrogationis iudicariæ

iudicariæ genus, quod constitutione quadam Bonifaciana olim prohibitum fuit^a. Nam si ex a. c. 2. viii.
pend. in 6. duobus litigatoribus, exempli gratia, vnuſ de-
 cesserit, vel beneficium eiurauerit, vetuit Bo-
 nifacius, ne beneficium tertio conferatur, do-
 nec lis finita fuerit: idque multiplicationis li-
 tium vitandæ causa factum dicitur, ne scilicet
 noui subinde litigatores, qui lites protelent exo-
 riantur. Sed inualuit hæc consuetudo in Gal-
 lia, ut non expectato litis euentu, cuius tertio,
 etiam si ex numero litigatorum non sit, confe-
 ratur beneficium: post quam collationem in lo-
 cum demortui, vel eiurantis cum quo lis cœ-
 pta fuerat, subrogatur hic recens beneficiarius
 iudicis de ea re cognoscentis autoritate. Ac si
 forte coram magistratu regio lis de possessione
 mota sit, ut hæc subrogatio fiat, diploma à prin-
 cipe impetrari consuevit. Et animaduertendum
 est, hanc subrogationem intra annum peten-
 dam esse, cum interdicta ipsa, quibus de pos-
 sessione contenditur, annalia sint^b, Quamo- b. l. 1. de in-
 brem lapso anno interdicere volens, amplius terd.
 non auditur, quanuis ad petitiorum iudicium
 via ei præclusa non sit. Quod est accipiendum,
 si aduersarius qui præscriptionem annalem op-
 ponit, interim possessor fuerit. Nam possiden-
 te nouo litigatore, vel eo qui beneficium eiu-
 rauit, tempus currere non dicitur. Et notan-
 dum est, tametsi beneficium simpliciter colla-
 tum sit, tamen ius tantummodo in impetrans-

DE SAC. ECCL. MINIST.

tem translatum videri, quod mortuus habebat,
vel is qui beneficium ciurauit. Itaque ius non
modò suum, sed etiam demortui vel ciurantis
demonstrare probarèque cogitur, id est, legit-
imam ordinationem siue titulum, etatem, nata-
les eiusdem, & cætera de quibus integro libro
differuimus suprà. Quod in eo locum non ha-
bet qui beneficium minimè litigiosum, eo, qui
beneficiarius vulgo credebatur, mortuo, vel e-

e. Panor. c. cū iurante adeptus est.

venerabilis.

de except.



LIBER OCTAVVS.
QVIBVS MODIS BENEFICIA
AMITTANTVR, ET VACENT.

ARGUMENTVM.

Supereft locus noſtre disputationis poſtremus de amittendis beneficiis. Nos enim antē de acquirendis retinendisque beneficiis quām de eisdem amittendis, scribere voluimus, diuidendi rationem ab vlpiano traditam, & à veteribus Iureconsultis obſeruatam ſecuti: cuius initio libri ſuperioris meminimus. Sunt autem amittendorum beneficiorum modi precipui, Mors, Eiuratio, Delictum, & ceteri, qui ſigillatim in hoc libro à nobis tractati explicati que ſunt.

De beneficiis morte beneficiariorum vacantibus. Cap. I.



v m beneficiarij proprietatem ac dominium rerum ecclesiasticarū non habeant, sed vsum aut vsum-
fructum, vt antē diximus, conſequens est, beneficia ad heredes nō transire^a. Itaque dicūtur mortuis beneficiariis vacare ut aliis cōferre possint^b. Quo

a. §. finitur.

Instit. de vſu-

fr.

b.c. ſuceptū,

de reſcrip. in

V iiii

DE SAC. ECCL. MINIST.

verbo usus est Plinius lib. 10. Epistol. ad Traianum, in eadem significatione, Cùm sciā, inquit,
„ domine ad testimoniū laudémque morū meo-
rum pertinere tam boni principis iudicio exor-
„ nari, rogo, dignitati, ad quā me prouexit indul-
„ gētia tua, vel auguratum, vel septemuiratū, quiā
„ vacat, adiucere digneris, vt iure sacerdotij preca-
„ ri deos pro te publicè possim, quos nunc precor
„ pietate priuata. Sed notandum est vt efficax sit
collatio huiusmodi, duo imprimis necessaria es-
se. Vnum est, quod tēpore collationis, fato fun-
ctus sit beneficiarius: nam si quis beneficium vi-
ui adhuc & superstitis hominis impetrauerit, ne
secunda quidem collatio posteā eo mortuo fa-
cta valebit. Alterum est, quod tantum effluxerit
temporis à morte beneficiarij, vt pontifex de ea
certior fieri verisimiliter potuerit. Qua de re
duo canones pontificij vulgares & omnibus
noti leguntur. Quod autem dicitur mortuo be-
neficiario vacare beneficium, id perpetuum
non est, sed quasdam exceptiones habet.

I. Cùm in Ecclesia aliqua canonicorum ac
annouarum siue præbendorum certus defini-
tusque numerus non est. Tunc enim uno ex
canonicis mortuo, non continuò vacare di-
citur beneficium, vt in eius locum alias suffi-
ciatur.

II. Cùm beneficium aliquod episcopo, vel
cœnobiarchiæ adiunctū est, ita vt episcopus vel
cœnobiarχa ad Ecclesiam regendam vicariū,
idque

c.c. ex parte,
de conc. præ-
ben.

idque ad tempus, non in perpetuum constituat.
Nam ea adiunctio facit, ut beneficium, cui proprius alioqui gubernator præficeretur, velut pars quædam episcopij aut cœnobiariorum esse intelligatur^a.

*dcl. frequens
de excess. præ-
lato.*

III. Cùm beneficium authoritate pontificis ob iustum aliquam causam deletum extintumque est, iusta autem causa potest esse, si ministeria, quibus ecclesiastice facultates attributæ sunt, Ecclesiæ necessaria non videantur, aut in opia tanta sit, ut ministeriorum numerum minui oporteat^b.

*e.c. cū accep-
sissent. de cō-
stit. c. vlt. de
verb. sig.*

*De beneficiorum eiuratione, quæ & resigna-
tio appellatur. Cap. 2.*

Eiuratione amittitur beneficium, ut puta, si quis iam senio fractus, onus, cui ferendo se imparem sentit, in aliud reiici velit, ideoque beneficio suo renuntiet. Nam tametsi huiusmodi hominibus nō soleat beneficium adimi, sed potius curator adiungi, quem vulgo coadiutorem dicimus: tamen hæc spontanea eiuratio, quæ & resignatio non malè appellatur, ob iustum causam recipitur^c. Sed antistitis superioris consensus atque authoritas accedere debet, nec licet venia non impetrata Ecclesiam sibi commissam deserere^d. Id quod Melitum aliquando fecisse, subditorū inobedientia offensum testis est Theodoritus^e. Quod est accipiendum, nisi summus

*f. tit de renūt.
g. c. admonet,
de renūc. l. lc-
gatus, de off.
presid. c. sug-
gestum, &c.
seq. 7. q. 1.
h. lib. 2. c. 32.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

eiuretur pōtificatus Celestini exemplo. Nam & pontificem Romanum eo se abdicare posse cōstitutum estⁱ. Sed & patroni quoque voluntas hīc necessaria est, si talis sit Ecclesia, quæ patro-
i. c. i de re-
nunt. in 6.
num agnoscat^l. Quod si quis diploma obtine-
l. Panor. in c.
significatum,
de præben.
rit à pontifice pro consequendo beneficio, quia nullam adhuc Ecclesiam regit, cuius desertio-
m. c. ad au-
dientiam. 2.
de rescr. l.
pe. C. depact.
damnum ullum possit afferre, is cedere ac renūtiare iuri suo absque抗istitis venia potest^m.

Quis possit eiurare.

Quisquis beneficium ecclesiasticum habet, si iusta probabilitate causa ducatur, id eiurare potest. Nec refert corpore sano an infirmo sit, cùm vel instantे morte beneficiū eiurare liceat. idque ab iis fieri solet, qui in gratiam amicorum beneficiis renuntiantⁿ. Potest & reus criminis postulatus eiurare, nec postulatus modò, sed etiā damnatus, si à sententia aduersus se lata appellauerit^o. Impubes tamen si beneficio aliquo auctus sit, id eiurare posse non videtur, propter infirmitatem consilij, quanuis adultus sine curatore id possit^p.

n. e pe. not. de
renunt.
o. l. qui à la-
tronibus. de
testa.
p. c. si annun.
de iud. in 6.

Quomodo beneficium eiurandum sit.

Eiurari debet apud superiorem抗istitem, ut diximus, vel ab ipso beneficiario præsente, vel ab alio, quem eius rei gratia procuratorem de-
derit.

derit. Nec dubium est, quin alieno nomine facta eiuratio valeat, nisi mandatum re integra reuocatum fuerit. Quo casu procurator de ea reuocatione certior fieri debet, aut is apud quem ciuitatur beneficium ^{q. de. de renunt.}? Sed videndum est, ne quis ad beneficium eiurandum metu adigatur, alioquin, ut plerisque placet, irrita est eiuratio ^{r. c. super hoc de renunt.} Prætereà pure ac simpliciter eiurandum est beneficium absqueulla conditione, pactioneue, ne in crimen simoniaci ambitus incurritur ^{s. f. c. cum pri-}. Itaque vulgo receptum est, eiurationem ita factā ^{dem. c. vlt. de} non recipi, ut certae personæ, quam nominat & ^{pact. glos. in} exprimit eiurans beneficium conferatur ^{t. c. ex parte. de}, nisi apud Romanum pontificem fiat. Verū id nec ^{t. not. in d.c.} certo iure definitum est, nec magna ratione nititur, meo quidem iudicio. Huiusmodi enim cōditio ad simoniacum ambitum minimè pertinet. Veteres plerique non solum doctrina, sed etiam sanctitate clari homines solebant ministerij sui successores eligere ac nominare. Nam vt illud mittam, quod de Petro apostolo & Clemente scriptum est, Athanasius Petrum quendam nominasse legitur in historia ecclesiastica ^{v. Theodor.} Augustinus Erradium, & alij alios ^{libro 4. c. 20.} complures, quos hīc omnes commemorare non est necesse ^{tripar. lib. 7. c. 37.}. Nec satis perspicio quid inter eā nominationem intersit & eiurbationem hanc, ^{x. Grat. 8. q. I} qua hodie utimur, cōditionalem, si ad rationem & æquitatem magis quam ad subtilitatem quādam verborum respiciamus. Quid enim refert,

DE SAC. ECCL. MINIST.

an quis ita pontifici dicat, Ego beneficium meū
cum bona tua venia eiuro , & mihi successorem
dari opto Hieronymum:an verò ita , Eiuro be-
neficium in gratiam Hieronymi , qui si tibi di-
gnus eo non videatur,id retinere malo, quām vt
cuiquam alij detur. Non enim omnem cōditio-
nem hīc improbant canōnes , sed eam demum
per quam nūdinatio quædam beneficiorum ec-
a.d. c.vlt. de clesiasticorum induceretur ^a. Quāquam autem
pact. rerum non adeò imperitus sim , vt non satis in-
telligam quid spectare soleant nostro tempore,
qui talibus ciurationibus vtuntur , tamen affir-
mare ausim cessante fraude,nec turpem,nec in-
utilem ciurationem esse . Finge beneficiarium
eo esse in Ecclesiam suam animo & affectu , vt
eam ab alio quodam regi cupiat , cuius & san-
ctitatem & eruditionem admiratur:nec aliis sui
similibus fortassis,id est , in quibus mediocritas
aliqua insit,libenter velit cedere:piaculūmne est
hanc voluntatem & desiderium suum pontifici
enuntiare ac declarare ? equidem non arbitror.
Hoc tamen iure vtimur , vt pontifices seu anti-
stites conditionem ciurationi seu resignationi
adiectam,velut turpem ac bonis moribus con-
trariam reiiciant , & beneficium quasi purè ac
simpliciter ciuratum arbitrio suo alij concedat,
non sine magna ciurantium captione:præter-
quām si ex causa permutationis ciuratio facta
fuerit,vt posteā dicemus.

Effectus eiurationis.

Eiurato beneficio & alij collato omne ius in nouum beneficiariū transit, nec priore vita functo, qui in eius gratiam eiurauit, vacare beneficium dicitur. Sed hoc ita intelligendum est, si huic nouæ collationi posterior consenserit^{c.} Nā c. c. si tibi ab eo non acceptante, sed repudiante, potius pristī senti, de pra- ben. in 6.
num ius retinet is qui eiurauit: quasi non existē-
te conditione. Ac tametsi iuris controvērsi sit
quæstio, an ei opus sit noua collatione, tamen
curia cētumuiralis minimè necessariam esse iu-
dicauit^{d.} Vacat sanè beneficiū aliquando mor-^{e 23. Ianua-}
te eiurantis, quanuis alij interim collatum acce-^{rū, 1549.}
ptūmque fuerit: idque canonibus aliquot ponti-
ficiis constitutum est.

Primus canon ad eos pertinet, qui cùm sint
infirma valetudine, beneficia sua mortis instan-
tis cogitatione resignant: estque expressum co-
canone, vt decedente eo qui resignauit intra vi-
ginti dies beneficium, licet prius alij collatum,
vacare intelligatur. An autem hic canon in be-
neficiis tantūm à Romano pontifice collatis lo-
cum habeat, quæri solet. Et Decius ex facto con-
sultus respondit, de pontifice tantūm Romano
canonem accipendum esse, non etiam de cæte-
ris antistitibus inferioribus. à quo dissentunt e-
ius canonis enarratores. Sed Decij sentētia, de-
creto Parisiensis curiæ post magnam varietatem
iudiciorum tandem comprobata est anno 1550.

die 14. augusti.

Secundus canon vult, si is qui eiurauit beneficium eiusdem possessor deceperit, ut non aliter valeat interim facta collatio, quam si eiuratio intra certum tempus publicata & possessio petita fuerit. Quae publicatio similis est donationum insinuationi, & eandem ob causam, nempe vivitentur fraudes, inuenta.

De beneficiorum permutatione. Cap. 3.

Magna ratio suadet, ut beneficiariis non permittatur beneficia sua inuicem permutare, & de eisdem, ut de aliis rebus profanis, quarum domini sunt, inter se pacisci. Quod pertinent ea que de translatione episcoporum súpt̄a annotauimus lib. 5. Nam & concilio Turonensi huiusmodi permutatio prohibita est^d. Estq; pœna iure pontificio in permutantes statuta, ut beneficia sua remittant^e. Proinde si quibus fortè beneficiorum suorum commutatio expedire videatur, adeundus est superior antistes, coram quo uterque beneficium suum eiuret, non simpliciter, sed ut alterum consequatur. Ac si iustam istius commutationis causam esse animaduerterit episcopus, beneficia de quibus agitur quasi vacantia eiurantibus ipsis conferre poterit, non aliis ut constitutum est^f. Nam nec iis qui expectatione muneribus à Ro. pontifice donati sunt, obnoxia esse hæc beneficia intelliguntur, quanvis ea vacare

*d. c. maioribus, de præb.
c. quæsum, de re. per.
e. c. cum olim, de re. per-
mut.*

*f. cle. de re.
permut.*

care dicantur^{g.} Huius autem permutationis ra-
ra est in veteribus mentio: quia ex cupiditate fa-
permut. in 6.
cerdotum proficisci credebatur^{h.} nec prisca se-
h.conc.Chal-
ueritas hoc commercij genus recipiebat, quod
hodie vtilitatis velamento, vt pleraque alia ad-
umbrari solet. In recentioribus pontificum con-
stitutionibus quamplurima leguntur^{i.} sed bonā i. tit. de re.
partem in superiori capite attigimus, de benefi-
permut.
cij ciuratione simplici differentes, quæ cum hac
mutua ac reciproca magnam affinitatem habet.
Vnum h̄c notandum est, si ex altera parte satis-
factum non fuerit, quia fortè beneficium tradi-
tum non est, aut post traditionem euictum, lice-
re alteri beneficium, quo se abdicavit, repetere^{l.} l.e.cū vniuers.
Quo casu nouam collationem nō requiri verius permitt. c si
est, modò beneficiarius vim non inferat alij, sed beneficia, de
authoritate publica possessionem apprehēdat^{m.} præben. in 6.
m.c. cum qui,
de præb. in 6.
d.c. si benefi-
cia.
n.c. cum in cū
elis. §. cū ve-
rò, de elect. c.
post electionē,
de cōc. præb.
o.c. de multa,
de præben. c.
quia nōnulli,
de cler. non
resid. cle. si
plures, de
præben.

*De beneficiorum multitudine canonibus
prohibita.*

Cap. 4.

Cum beneficiarius ad episcopalem honorem proclamatur, vacat eius beneficium, & alij con-
ferri potest^{n.} Idem de eo dicendum est, qui be-
neficium unum obtinet, quod animorum cura-
tionem habet, aliud simile beneficium cōsequi-
tur prius nāque beneficium haud dubiè vacat^{o.} resid. cle. si
Posteri^o verò ita demū retinet, si priore apud or-
dinariū antistitē sese abdicauerit, &c. idque, præben.

DE SAC. ECCL. MINIST.

Innocent. III. & Ioan. XXII. constitutionibus expressum est^p, & antiquo iuri non nihil de-
ta, extra execrabilis, de præb. q. c. præterea, de præben. r. d. c. execra-
bilis. f. c. singula, 89. dist. t. l. libertus, ad municip. l. v. l. C. de af-
fesso. l. s. C. qui milit. pos. not. in l. lecta, de reb⁹ cred. v. c. sanctoris, 70. dist.

rogatum^q. Si enim prius beneficium non di-
miserit, non solùm eo priuat^r, sed quorumcun-
que etiam beneficiorum in posterum obtinen-
dorum incapax redditur^s. Nā valde absurdum
est vni duo munera cōmitti in Ecclesia, nisi gra-
uis aliqua causa, & necessitas id fieri cogat^t. Ita-
que concilio Chalcedonensi, & quibusdam aliis
vetitum est, ne quis in duabus ecclesiis ordine-
tur, quod & in muneribus ciuilibus ac profanis
imperatorum leges prohibent^u. Postulat tamen
aliquando necessitas, aut utilitas euidens Eccle-
siæ, vt duo pluráue munera ecclesiastica vnum
idémque obeat, vt puta, si ea sit hominum ido-
neorum penuria, vt præstet vnum multis eccle-
siis, quàm singulos singulis præfici. Que res ad
episcoporum cuiusque ciuitatis curā pertinet^v.

In gratiam verò personarum magis quàm Eccle-
się beneficia coaceruare, quanuis & genere &
doctrina aliis antecellat, pessimi res exempli, &
antiquis canonibus omnino cōtraria est. Itaque
gratiam horum canonum à solo pontifice Ro-
cuius voluntas pro ratione habetur, fieri posse
constitutum est^x. Atque ita canones prima spe-
cie inuicem pugnantes conciliari posse videtur,
quanuis alij aliter nodum dissoluant. Hinc fit,
vt captores beneficiorū Romam certatim cur-
sitet, prætextu literaturæ, aut nobilitatis, veniam
à pontifice impetraturi, que nemini, quamlibet
indiv-

indigno nebuloni, modò is numeret, denegari consuevit. Qua ex re tanta Ecclesiæ deformatio exorta est, & propè dixerim πανολεπία, vt nulla vis humani ingenij ad eam indignitatem exprimentam sufficiat. Prodigiosa sanè res est in Ecclesia hæc beneficiorum cumulatio, quæ sine delectu passim recipitur: nec minus mihi monstruvidentur, qui tot personas in ecclesia sustinent, quam Briareus ille, qui manus centum habuit, vt est in fabulis, aut Geryon quem trium fuisse corporum perhibent.

De assiduitate beneficiariorum, quam residetiam appellamus. Cap. 5.

Nihil est ab omni ratione alienius, quam eos præfici ecclesiis, qui munus suum negligant. Itaque aduersus eos qui assidui non sunt in ecclesiis sibi cōmissis, varij canones editi sunt ^a. Vat-
iæ item leges imperatorum, quibus nominati-
tim cautum est, vt absentes clerici si ad ecclesiasticas moniti non redierint, beneficia ipsis admā-
tur ^b. Nec iusta est eorum excusatio qui vicaria
quorundam sacerdotum opera in obeundo mu-
nere suovtuntur, cùm ipsis eo fungi debeant ^c. Ac
indignum est, vt Innocent. ait, cōductitiis pres-
byteris Ecclesiam committi ^d. Hoc amplius, si
exiguus tenuisque sit redditus beneficij, vt ex eo
se tueri nequeat clericus, ne hoc quidem casu af-
fiduitatis vacationem habet, cùm ipsis eo benefi-

*a. conc. Antioch. conc.
Laod. cō. Sar-*

*di. & in de-
cret. 7. q. I. c.
vlt. de cler.*

*non resid.
b. Novell. 6.
58. 123.*

*c. c. quia non-
nulli, de cler.
non resid.*

*d. 21. q. 2. c.
vlt.*

DE SAC. ECCL. MINIST.

e.c.conqueren te, de cle. non resid. e c.vlt. de re scrip.in 6. *f.c.placuit,21 q.2.c.perue nit.7.q.1. g.c.cu ad hoc ae der.nō re fid.c.licet.ca non. de elect. in 6.* *cio se abdicare liceat. Omne siquidem benefi- cium propter officium, laborem, & industriam conceditur. Cessante igitur causa propter quā datur beneficium, ratio postulat, ut à beneficia- rio id auferatur. Nec dissimilis est cleric⁹ ab Ec- clesia sua absens militiæ desertori. Quare & cingulum honoris sui eum amittere, & pro ea desertione castigari debere constitutum est f.*

Incidunt tamen causæ interdum propter quas excusatione dignus sit clericus, & ab episcopo suo veniam impetrare debeat s. Citra causam verò legitimam non licet episcopo veniam assi- duitatis concedere, quanuis Rom.pontifex,quæ nullæ leges tenent, id faciat. Et hac ratione an- tistites imaginarij tantùm (quod ad curam o- nusque attinet) & codicillares fiunt, cuiusmo- di pontifices ac sacerdotes Alexandrum impe- ratorem creasse Lampridius scribit. Ex quo ve- luti fonte mala innumerabilia, atque incom- moda in Ecclesiam vniuersam quotidie manat, quæ sine horrore maximo referre non possu- mus. Quid enim indignius est, quām sacrī eos stipendiis frui, qui venialibus diplomatis, ne dicam vñalibus, subnixi, de regendis ecclesiis ne cogitant quidem vñquam, vt apertè cano- nes omnes illudere, & contemptui habere vi- deantur. Nemo etenim est qui nesciat eos bene- ficia redditusque ecclesiasticos locare, & maius pretium offerentibus addicere consueuisse, non aliter ac quosuis patresfamilias prædia sua, nihil pensi

pensi habētes quām idoneus ad functionem sacram spiritualēmque hic redemptor sit, in quem omne onus, quod subire eos oportebat, rei- ciunt. Atque ita hæc geruntur, ut quanuis pu- blicè nota sint hoc seculo, facta tamen magis quām facta olim posteritas fortassis existimatu- ra sit. Nihil de fructuum dilapidatione hīc dicā, quos pauperibus distribui veteres canones iu- bent. Non enim in tantis vitiis hæc scrupulo- sius excutere animus est, ac per me licet, vt om- nem prouentum iactent, profundant, dissipent. De doctrina sancte diuina, cuius misera plebs mi- rum in modum famelica est, ab ipsis omnino deserta conquierimut. Illud enim accidit hoc tē- pore, quod vates futurū p̄dixerat^b, Emittam ^{b. Amos 8.} famem in terram: non famen panis, neque sitim , aquæ, sed audiendi verbum domini: & commo- uebūtur à mari usq; ad mare, & ab Aquilonē ad Orientem, circuibunt quærentes verbum domi- ni, & non inuenient. Et sanè dubium non est, quin hæc pastorum ignauia errorum omnium & hærescon, quibus hodie cōcutitur orbis, magna ex parte fons & origo sit. Nec mirū est gregem perire, qui pastore destitutus, luporum insidiis quotidie expositus est. Vagos enim quosdā cir- cunforaneos ac mercenarios concionatores in numero pastorum nō pono, quos longē latēque à pastoribus differre sacris literis edocemur. De his pastoribus vaticinatur Ezechielⁱ, & ita eos i. c. 34. depingit, vt in eo vaticinio nostri seculi mores

DE SAC. ECCL. MINIST.

velut in speculo quodam intueamur. verba eius
» hæc sunt, Vx pastoribus Israël, qui pascebant se-
» metipsoſ. Nónne greges à pastoribus pascuntur?
» Lac comedebatis, & lanis operiebamini, &
» quod crassum erat occidebatis: gregem autem
» meum non pascebatis. Quod infirmum fuit nō
» consolidastiſ, quod ægrotum, non sanastiſ, &
» quod confractum est non alligastiſ, & quod ab-
» iectum est non reduxistiſ, & quod perierat nō
» quaſistiſ, & cum auſteritate imperabatiſ eis &
» cū potentia. Et diſpersæ ſunt oues meæ, eò quod
» non eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationem
» omnium bestiarum agri. Errauerunt greges mei
» in cunctis montibus, & in vniuerso colle exel-
» ſo, & non erat qui requireret, non erat, inquam,
» qui requireret. Propterea paſtores audite verbū
» domini. Viuo ego, dicit dominus Deus, quia
» pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam,
» & oues meæ in deuorationem omnium bestiarū
» agri, eò quod non eſſet paſtor, ecce ego ipſe ſu-
» per paſtores requiram gregem meum de manu
» corum, & ceſſare eos faciam, vt vltrà non paſcāt
» gregem, nec paſcāt amplius paſtores ſemetipſoſ,
» & liberabo gregem meum de ore eorum, & nō
» erit vltrà eis in eſcam, &c. Proinde hac radice
non excifa, aut ego vehementer fallor, aut vix
vllæ flammæ his malis finem allaturæ ſunt. Cele-
bratur veteris cuiusdam philoſophi dictum, ho-
mines non pallio, ſed auribus trahendos eſſe.
Quod vel maximè hīc locum habere ſemper ar-
bitra-

bittatus sum. Sed iam satis aut fortè nimium querelis datum est.

*De criminibus, propter quæ beneficia
amittuntur. Cap. 6.*

Ob crimen aliquando beneficium amittitur: idque contingit vel quia ipso iure vacat, vel quia deponitur beneficiarius causa cognita, & beneficio suo priuatur. Exemplis hoc dilucidius fieri, quæ sequuntur.

I. Ambitus simoniaci reus quibusdam pontificis constitutionibus deponi iubetur ^a. Quæ constitutiones iudicium ac sententiam requirunt, qua beneficiario adimatur beneficium, nec ante eam sententiam vacare dicitur. sed Paulus secundus atrocitate criminis quod in dies magis magisque inualescebat, commotus, decreuit, ut peñas omnes legitimas statim incurritis, qui hoc flagitium admiserit, non expectata iudicis sententia ^b. Ac mihi quidem videtur generaliter accipienda constitutio, siue datum aliquid pro ordinatione, siue promissum fuerit, cum hec paria sint. Nec aliter sensit Paulus, si quis commodè & absque cauillatione verba constitutio-
nis interpretetur. Sunt tamen qui contendant de datione tantum, non etiam de promissione intelligendam esse constitutionem ^c: quorum leuissimas, nisi fallor, rationes h̄ic referre operæ-
pretium non duxi. Vnum h̄ic notandum est, de poss.

<sup>a. c. de hoc c.
in suuatum,
de simo.</sup>

<sup>b. extra. cum
detestabile. de
simo.</sup>

<sup>c. Cassado.
decif. 5. Go-
mez. in reg.
canc. de trien.</sup>

DE SAC. ECCL. MINIST.

beneficio nos h̄ic non loqui, quod quis per am-
bitum adeptus est, cūm satis cōstet collationem
huiusmodi nullam esse, idque suprà annotau-
mus. Nostra etenim disputatio ad alia beneficia
pertinet, legitimè acquisita, quæ nihilominus
propter ambitum amittuntur. Sed quæstio est,
an istius pœnæ episcopus gratiam facere possit,

*d. Panor. i.c.
de simoniacis,
de simo.*

II. Ob incontinentiam adimitur clero be-
neficium, ut puta si focariam, siue concubinam

habeat, nec eam ritè monitus à se dimittere ve-
e.c. sicut. c. si lit^e. Nam etsi legibus Romanis permisus sit
autem, de co-
hab. cler.
fitit. de con-
cub.
g.l. cum qui
C. de episc. et
cler.

concubinatus: tamen iure pontificio clericis in-
terdictus est^f. Ac vt omnis vitetur suspicio, nul-
lam eis mulierē, exceptis quibusdam, domi sux
habere licet^g. Olim monachi ac sacerdotes sœ-
minas apud se retinebant, quæ nec eorum vxo-
res erant, nec concubinę, sed comites & soci^h
coelibatus, eisque Græci σωματεῖον, interpres

vulgò subintroductas vocāt. Sed & fœminę quo
que viros sibi contubernales hoc modo adscif-
cebant. Verū Nicæna synodus propter stupri-
suspicionem hoc contubernij genus improba-
uitⁱ. Cuius meminerunt Iustinianus & Euse-
bius^j.

*i. Nouel. 123.
l.lib. 7. histo.
m.c. vt cleri-
corum, de vit.
et bon. cler.
c.clerici, de
excef. prel.*

De his loquitur Chrysostomus in sermo-
ne quodam, τοὺς τοῦ ἔχοντας σωματεῖον, & Gre-
gorius in quibusdam locis, quæ à Bud. in com-
mentariis Græcae lingua referuntur. Quod di-
ctum est de cōcubinatu, id multo magis in mas-
cula venere locum habet^m.

III. Periurium iusta causa est propter quam beneficium clero auferatur. Ac tametsi quidā existiment cum qui peierat continuò beneficiū suum amittere, tamen receptius est depositionē priuationēmque hīc necessariam esse".

IV. Cædis siue homicidij conuictus beneficio suo priuatur per sententiam iudicis, nec illud ipso iure amittit".

V. Ob crimen perduellionis vacant ipso iure beneficia absque vlla priuatione siue depositionē. Eadēmque videtur causa hereticæ impietatis. Nec vlla declaratio necessaria est ante collationem beneficij, vt Ioan. Andr. scribit, quanquam ab eo dissentunt nonnulli.

VI. Præter ea crimina quæ iam recēsuimus, generaliter dicendum est, si quid grauius admiserit beneficiarius, aut si quæ nota infamiae eidē inusta sit, eum beneficio priuandum esse. non enim omnia crimina comprehēduntur certa definitio: sed prudentis iudicis est, in iis quæ si milia expressis videntur cādem regulam sequi. Qua in re Panor. admonet, priscorū canonum seueritatem vsquequaque hīc spectandam non esse, propterea quod huius seculi homines cum priscis illis conferri non possint, siue staturam & vires corporis, siue mores & ingeniu respicias. Iuxta illud Satyrici poëtæ,

Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.

Quo nomine etiā Homer⁹ crebrò admodū cōqueritur, vel Plinio authore. Quod autē de infa-

n.c. querelam

de iure, c.

peruenit, de

fidei⁹.

o.c. i. de cle.

pug. in duel.

c. vlt de ho-

mici⁹. in 6.

c. ex literis,

r de ex ces. pre-

l. t.

p. c. felicis, de

p̄n. in 6.

q. c. ad abolen-

dā, de hæret.

e. cum secun-

dum, de hæ-

ret. in 6.

r. gloss. e. com-

missa, de cler.

in 6.

s. Fel. in c. cū

non ab homi-

ne, de iud.

t. Panor. in c.

at si clericī, de

iud.

v. c. fraterni-

tates. 34. dist.

D E S A. ECCL. MIN. AC BEN. LIB. VIII.

a. Panor. in mia diximus, de ea accipiendum est, quæ iure
 c. per inquisi- ac legibus irrogatur, non de ea quæ ex homi-
 tionem, de e- num opinione proficiscitur*. Præterea ob iuris
 lect. infamiam ipso iure non vacat beneficium, sed
 a. not. in c. querela, de priuatione ac depositione opus est*, quanuis in
 iure iuri. muneribus dignitatibusque profanis & ciuil-
 b. l. 2. §. miles de his qui not. bus aliud cōstitutum sit^b. Eadēmque ratio mu-
 nera. l. diuus, nerum publicorum in Gallia (cūm perpetua sint
 de iniur. l. in- non minus quam beneficia ecclesiastica) esse
 famia. C. de videtur. Sunt & alij modi, quibus vacant & a-
 decurio. mittuntur beneficia, cuiusmodi est professio mo-
 c. c. beneficiū, naistica^c, matrimonium verbis in præsens tem-
 de regula. i. 6. pus conceptis contractum^d, & ordinatio sive
 d. c. i. de cler. coniug.
 e. c. licet ca- initatio neglecta ab eo qui beneficium curatio-
 non. c. com- ni animorum cōiunctum adeptus est, &c.*. Sed
 missi, de elec. hæc partim ex superioribus libris huius tracta-
 in 6. tus, partim ex aliorū scriptis cognosci possunt^f.

F R A N-

f. Staphil tra-
 cta de lite.
 grat.

FRAN. DVARENVS SEBAST.
Albaspinco regis Christianiss. legato.

I N IVRIS pontificij Comentariis, quos su-
periore anno, cum vna essemus, conscripsi,
mentio facta est a me libelli, quem clarissi-
mus Senatus Parisiensis quondam pro defendenda liber-
tate Ecclesie Gallicae aduersus Romanam aulam ad Ludo-
vicum undecimum regem nostrum misit. Et quia eius libri
lectio ad confirmationem eorum, que a nobis de potestate
regis circa ministeria Ecclesie ibidem tractata sunt, non pa-
rum conducere visa est, feci non inuitus, ut eu[m] e Gallico in
Latinum sermonem a nobis cōuersum simul cum ipso tractatu
nostro imprimendum curare. Huius autem defensionis argu-
mentum ex lib. 5. eiusdem tractatus, cap. II. petendum est. Quā
cum leges, nudā, simplicē, ac rudē rerū maximarū descri-
ptionē eā cōtineri cogitabis, ad quas illustrādas et am-
plificandas excellētis oratoris stylo opus esset. Est enim cau-
sa huiusmodi, ut vix alia graniora vñquā reperiri queat,
aut accurata copiosaque oratione hominis alicuius erudi-
titi, et Republicae, Patriaeque miserabiliter vexatae a-
matis dignior. Verū existimauit amplissimus ordo, ora-
tionis comentariū paulo plenius, quod capita et sum-
mas rerū cōplete retur, tum sufficere, legatis omnia co-
piosius atque vberius, si ita regi videretur, exposituri.
Huc verò libellū, ut maioris illius operis appēdice, quod
tuo fratrūmq[ue] tuorū cōsilio, illustris. Duci Biturgū Mar-
garitae dicatū potius quam tibi fuit, nūc a me accipies,
eternū, ut spero, necessitudinis, que mihi tecum iam diu
instituta est, monumentum. Vale, Auarici Biturig, Pri-
die Idus Ma. 1551.

PRO LIBERTATE EC-
CLESIÆ GALLICÆ ADVER-
SUS ROMANAM AVLAM DEFEN-
SIO Parisiensis Curiæ , Ludouico vndecimo
Gallorum Regi quondam oblata.



V M Rex maiora grauior-
aque regni negotia ma-
ture & cum magna deli-
beratione tractare cupiēs
nuper mandauerit curiæ
Parlamenti, ut si quæ sint
iustæ conquerendi causæ
ob pragmaticæ, quæ dici-
tur, sanctionis, & quarundam ipsius constitutio-
num eidem sanctioni consentanearum abroga-
tionem, curia eum admoneat & certiorē faciat:
visum est curiæ huiusmodi querimoniarum cau-
fas simul cum idoneis quibusdam remediis hīc
colligere, ita ut rex in obedientia, quam verè ca-
tholicus & Christianissimus rex sancte sedi apo-
stolicæ debet, perpetuò maneat. Ad hæc autem
exponenda regi & eius consilio sicuti ipse man-
dauit, curia Ioannem Loselier & Ioannē Henry
consiliarios, & inquisitionibus, ut vocant, præsi-
dentes delegauit.

Deliberationis capita.

Imprimis igitur ut ea incommoda facilius
cognoscatur

cognoscantur, constat fidem catholicam ex quo
primùm in regno Franciæ instituta est, ac præ-
sertim à Clodouei Christianorum regum primi
temporibus, magis quàm in ylo alio Christiani
orbis regno nullo errore contaminatā floruisse.
Ac ob insignem regum pietatem, & feruentissi-
mum erga religionem affectū, ac in tuendo ser-
uandōque diligentiam, & Dei exaltatū nomen,
& auctus cultus, & Ecclesiæ libertas conseruata
fuit. Ea siquidem fuit regum in Ecclesiâ Dei af-
fectio & propensa voluntas, vt ingētes opes tam
in ædium sacrarum extictionem, quàm funda-
tionem & dotationem ecclesiarum liberalissi-
mè, sumptuosè & magnificè impenderent. Nec
minus fuit eorum studium in tuenda & propu-
gnanda Ecclesia. Quo nomine excellentem il-
lum & illustrem Christianiss. titulum & nomen
hæreditarium sibi pepererunt.

II. Nullū est in Christiano orbe regnū, in quo
tot clarissima cœnobia & Ecclesiæ visantur: nuf-
quam ecclesiarum & cœnobiorū tam sumptuo-
sa ædifica, tam immensi redditus ac prouentus,
tam numerosa personatum ecclesiasticarū mul-
titudo: idque ex regum ac principum munificé-
tia & liberalitate, partim etiam ex pij religiosi-
tate populi erogationibus ortum est.

III. Rex idémque summus ac supremus no-
ster dominus, qui præcipuus est fundator, tutor,
custos, defensor & vindex earū ecclesiarū; cùm
libertas earundē violatur, ius habet conuocandi

PRO LIBERT. ECCLES. GAL.

antistites, & alias huiusmodi ecclesiasticas personas ditionis suæ, ut eorum inceptis & conatus obuiam eatur, qui contra eam libertatem aliquid moliri ausi fuerint. Solētque talis conuētus Ecclesiæ Gallicanæ congregatio appellari.

III. In his conuētibus olim authoritate regia iudicatis multa præclarè constituta extant, ea que nō sine graui cum regij sanguinis procerū, tum ecclesiastici ordinis hominū, & aliorū regni subditorū, ac populatiū deliberatione, ut occurreretur vexationib⁹, molestiis & iniuriis, quæ ipsis à curia Romana cū maximo totius populi dāno & pernicie inferebātur. Earūmq; cōstitutionū magna fuit authoritas āte hęc tēpora, ac in eis obseruadis summa cura diligētiāq; adhibita est.

V. Inter cæteras cōstitutiones vna est D. Ludouici promulgata anno 1267. ut Prælaturis & dignitatib⁹ electiis per electionē prouideatur. Beneficiis verò nō electiis per collationem & presentationē collatorū & patronorū: nec ullam eo nomine pecuniā imponere aut exigere posset curia Romana in hoc regno. Quæ omnia & alia pleraque ex lectione constitutionum à D. Ludouico editarum plenius cognosci poterunt: cuius viri nomen quām celebre sit ubique terrarum, nemo est qui ignoret.

VI. His constitutionibus diu obseruatis cum curia Romana procedente tempore multa aduersus eam, de qua diximus, Ecclesiæ Gallicæ libertatem moliretur, Carolus VI. rex adhibitis in

in consilium proceribus antistitibus, cœnobiar-chis, collegiis, vniuersitatibus, & aliis plerisque tam regni quam delphinatus hominibus, anno 1406. constitutionem edidit, qua Ecclesiâ Gallicam in antiquam libertatem suam afferuit. Fuïtque publicata de more, & prescripta in a-ctis curiæ parlamenti, anno 1407.

VII. Eodem anno 1407. cum Benedictus pontifex Romanus ciûsque administri, satellites ac procuratores magnam pecuniæ vim imperarent ac exigerent, antistites huius regni apud regem eo nomine conquesti sunt: fuïtque res agita-ta in curia parlamenti. Ac in ea disputatione memorabilis sanè & grauis fuit à scholastico cō-uentu Parisiensi habita oratio die octaua No-uembbris, qua postulabant, vt rex eas exactiones prohiberet. Idem à generali regis cognitore seu procuratore postulatum fuit: & hoc amplius, vt exacta ob eam causam pecunia restitueretur.

VIII. Hæc exposita petitâque fuerunt tam à scholastico conuentu, quam à regio procuratore præsentibus cameræ, vt vocant, apostolicæ offi-ciaris, qui tum quicquid vitum sibi fuit narra-uerunt, & in medium adduxerunt.

IX. Auditis omnibus, quorum intererat, & iudicibus in consilium missis, tandem decreuit curia, ne annatarū, quæ dicūtur, nomine aut de-cimarum quicquā à Ro. pontifice exigeretur, & ob eā causam excōmunicati absolueretur. Quæ omnia cum plerisque aliis eodē pertinētibus in

PRO LLBERT. ECCLES. GAL.

ipso senatus decreto plenius describuntur, quod
prenuntiatum fuit anno 1407. II. Septembris.

X. Non ita multò pòst edictum promulgavit
rex, quo decretū senatus confirmatū est: fuitque
publicatum in curia 15. Maij, 1408.

XI. Anno 1418. mense Martio de sententia
& cōsilio antistitū & personarum ecclesiastica-
rum regni ad tuendam Ecclesię libertatē facta
fuit cōstitutio, qua reseruationes omnes & gra-
tiae apostolicæ vnā cum exactionibus curiæ Ro-
manæ interdictæ fuerunt.

XII. Eodem anno cùm niterentur aliqui di-
plomata regia impetrare, quibus ea constitutio
reuocaretur, regius cognitor in curia parlamen-
ti intercessit, & contradixit.

XIII. Ex his perspicuū est, tam regem & pro-
ceres regni, quām ecclesiastici ordinis homines,
præterea regium procuratorem, & regis consi-
liarios in curia parlaméti eò semper spectasse, ut
libertatem Ecclesię Gallicę sartam tectam con-
seruarent, ab eaque omnem arcerent iniuriam.

XIV. Cùm in sacrosanctis synodis Con-
stantiensi & Basiliensi multa decreta essent, tum
veteribus canonibus, tum iis, de quibus iam di-
ximus, constitutionibus regis valde consona.
Carolus septimus rex præsente rege, qui tum
delphinus nominabatur, proceribus etiam regi-
sanguinis, antistitibus, collegiis, tum ecclesiasti-
cis, tum scholasticis præsentibus, præterea audi-
tis oratoribus tam pontificis Romani, quām sa-
cro-

croſanctæ ſynodi vniuersalis, tandem ea decreta accepit & edicto ſuo conſirmauit, quod vulgo pragmaticam ſanctionem appellamus. Gestaque hæc ſunt in ciuitate Biturigum anno 1438.

XV. Hæc igitur ſanctio cō maioriſ authorita- tis ſemp habita eſt, quod à ſacrosanctis cōciliis, quibus p̄eſetat pōtifex Romanus, aut legat eius- dē, ortū habuerit. Nulla enim de iis rebus vñquā fuerat lex in Francia ante id tempus lata, quæ ab Eccleſia vniuersali authoritatē & vires haberet.

XVI. Ex eo tempore regnum iſum pro- ſperiore ſemper fortuna, Dei benignitate, vſum eſt, & in maiore quam vñquam antehac autho- ritate & gloria, ac etiam rerum omniū copia & abundantia fuit. Quanto autem fuerit hostibus terrori, Aquitania & Normania teſtātur, ex qui- bus locis expulsi deieqtique ſunt.

XVII. Eius ſanctionis obſeruatio ad tres & viginti annos ſterit, agiturque nunc quadrien- niū, ex quo ea in vſu eſſe deſiuit. Ac interim præ- fecti ſunt ecclesiis, eāſque ſine moleſtia & inter- pellatione rexerunt eximię probitatis grauitatiſ- que virti: quorum aliqui ob ſingularem vitā ſan- ctimoniam iam fate functi miraculis claruerūt, ut Michaël Andegauensis epifcopus, archiepi- scopus Arelatensis, & alij quamplurimi.

XVIII. Ex horum canonum, decretorū, cō- ſtitutionum abrogatione innumerabilia naſcū- tur incōmoda, quæ ad quatuor genera poſſe re- ferri videntur. Primū eſt, totius ordinis ecclesia-

PRO LIBERT. ECCLES. GAL.

stici confusio: Secundum est, patriæ desolatio ac
desertio: Tertium est, pecuniarū regni exinan-
tio: Quartum est, ecclesiarū ruina & subuersio.

XIX. Ante omnia protestatur curia se nolle
sanctitati, dignitati, honori & authoritati ponti-
fificis ac sanctæ sedis apostolicæ quicquam detra-
here. Quin potius omnem honorem, reverentia
& obedientiam, quam vnuſquisque pius & fide-
lis summo Ecclesiæ pastori debet, exhibere para-
ta est, & si quid emendatione dignū exciderit,
Ecclesiæ determinationi, quę errare non potest,
subiicere se non recusat, c. à recta. 24. q. 1.

XX. Quod ad primū genus incommodi at-
tingit, satis constat, si electionibus & collationi-
bus ordinariorū sublatis, reseruationes & gratia
expectatię locum habeant. Si iudicia & lites in
prima instantia ad curiā Romanam deuoluātur,
mirabilē inde confusionē exoriturā esse. Totus
enim ordo Ecclesiasticus cōfunditur, cū sua vni-
cuique iurisdictio nō seruatur. II. q. I. c. peruenit.

XXI. Ut hæc confusio perturbatiōque rerū
vitetur, & quod suū est cuique relinquatur, de-
cretum fuit in iam dictis conciliis, & à rege cō-
stitutū, ut collegia ecclesiastica & canonica pa-
storem Ecclesiæ eligant, præsentent patroni, &
ordinarij conferant, & de causis, nisi sint maio-
res in prima instantia cognoscant.

XXII. Dubitandum non est, quin rex, qui
præcipuus est fundator, tutor, custos, & propu-
gnator ecclesiarū sui regni, non solū iure pos-
sit,

fit, sed etiam debeat dare operam, & curare, ut decreta & cōstitutiones, quibus haud dubiē propulsantur ea quae diximus incommoda, diligenter & bona fide obseruentur. Ac si ob earum cōstitutionum vel abrogationem, vel cōtemptum in hæc mala & calamitates inciderent regis subditi, iure optimo ipsius opem implorare possent.

XXXIII. Quod autem electio pastorum ad collegia ecclesiastica pertineat, eoque iure possint uti absque Romanæ sedis offensa, ex eo aparet, quod cum episcopus Ecclesiæ sponsus sit, & matrimoniu quoddam spiritale inter ipsum & Ecclesiam contrahatur, necessariò consensus Ecclesiæ interuenire debet.

XXXIII. Dubium non est quin collegia ipsa, quibus notiores sunt personæ idoneos pastores ad regendā Ecclesiā multò facilius eligere possint, quam si in aula Romana promouerentur.

XXV. Postquam perfecta absolutaque est electio, proponuntur programmata: in vitam & mores electi inquiritur, & antequam confirmetur electio, quisquis intercedere voluerit, admittitur. Vnde satis liquet, melius probari & explorari eum, qui eligitur à collegio Ecclesiæ, quam si in Romana aula, ubi cognita non sunt eius merita, promoueretur.

XXVI. Cum episcopus solenniter à collegio eligitur confirmaturque seruata programmatu & inquisitionu forma, è certe maior est populi de eo existimatio, magisque eum venerantur,

PRO LIBERT. ECCLES. GAL.

obseruant & diligunt populares, quām si ipsis intuitis obtrudatur. Ideōq; doctrina eius lōgē fructuosior est, & ad ædificandū multò efficacior.

X X V I I. Hinc tametsi Petrus Christi vicarius esset, & caput Ecclesiæ: tamē mortuo Iuda, qui vñus erat apostolorum, cæteri omnes pariter elegerunt, & sors cecidit super Matthiam, vt in actis apostolorum legitur.

X X V I I I. Lucius pontifex Romanus vir sanctus & martyr, qui Ecclesiæ Romanæ prefuit anno 154, ita decreuit: Nullus in Ecclesia vbi duo vel tres fuerint in congregacione, nisi eorū electione canonica presbyter eligatur. Si verò aliter quis Ecclesiam adeptus fuerit, eò quod per cupiditatem illam acquisierit, atque contra canonicas disciplinæ regulam egerit, expellatur, c. i. de elect. in Decretal.

X X I X. Est & aliud decretum Leonis sancti & confessoris in hæc verba: Nulla ratio finit vt inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, i. ec à plebibus expetiti, nec à cōprovincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati, c. nulla. 72. dist.

X X X. Canon Antiochen. concilij, quod cōgregatum fuit, anno 340. sic habet: Seruetur autē ius ecclesiasticum id continens non aliter oportere fieri, nisi cū synodo & iudicio episcoporum, & electione clericorum, qui post obitū quiescentis potestatē habent eū qui dignus extiterit eligendi & promouēdi, c. episcopo. 8. q. 1.

X X X I.

XXXI. Alius extat canon concilij Toletani
in hęc verba: Sed nec ille deinceps sacerdos erit,
quem nec clerus, nec populus proprię ciuitatis
elegit, vel authoritas metropolitani vel compro-
vincialium sacerdotum assensus non exquisiuit,
c. qui in aliquo, si. dist.

XXXII. Alius est canon concilij Cōstanti-
nopolitani anni 867. cuius hęc verba sunt: Pro-
motiones & consecrationes episcoporum con-
cordans prioribus conciliis, clericorum electio-
ne, ac de certo episcoporum collegio fieri hęc
sancta synodus vniuersalis diffinit & statuit.

XXXIII. Cōcilio Lateranēsi, quod ab In-
nocēto tertio Romæ coactū est anno 1205. vbi
antistites 1336. adfuerunt, certa forma eligendi
pr̄scripta fuit: additūmque est ut negligentibus
electoribus post tres mēses omne ius & potestas
prouidēdi Ecclesię ad supetiorē antistitē deuol-
ueretur, c. quia ppter, c. ne p defectu, de electio-

XXXIV. Prisci reges cum ecclesiās regni
sui rectē cōstitui cuperent, hanc prouidendi ec-
clesiās rationem, quę electio dicitur, semper ma-
ximē probarunt, cāmque modis omnibus reti-
nere studuerunt, ut legitur apud Vincent. Spe-
culi, histo. lib. 22. & 23. de Clodoueo regū Fran-
ciæ Christianotum primo, qui anno 400. con-
uocatis in ciuitate Autelianensi permultis pr̄-
sulibus & episcopis, in quibus sanctus Melonius
erat, pr̄cipit in pr̄ficiendis pastoribus ecclesiis
antiquos canones seruari ac retineri.

PRO LIBERT. ECCLES. GAL.

XXXV. Idē statuit imperator Leo in Cod. Iustiniani, tit. de episco. & cler. cuius verba hæc sunt, Si quenquam vel in hac regia vrbe , vel in cæteris prouinciis, quæ toto orbe terrarū diffusæ sunt, ad episcopatus gradum Deo authore prouehi contigerit, puris hominum mētibus , nuda electionis conscientia, syncero omnium iudicio proferatur, l. si quenquam, C. de episco.

XXXVI. Carolus Magnus lib. i. capitulariū hæc quæ sequuntur constituit: Sacrorum canonum non ignari, vt Dei nomine sancta Ecclesia, suo liberius potiatur honore, assensum ordinis ecclesiastico præbemus, vt scilicet episcopi per electionem cleri & populi, secundum statuta canonum de propria diœcesi (remota personarum & munerum acceptance) ob vitæ meritum & sapientiæ donum elegantur, vt exemplo & verbo sibi subiectis usquequaque professe valeant. Quam constitutionem iuris pontificij compositores inter sacros canones retulerunt, & quodammodo consecrarunt, c. sacrorum 63. dist.

XXXVII. Philippus Deodatus sancti Ludovici auus, cum in suam & diadematis Francici obedientiam velut diuino quodam fato reduxisset Normaniam, Aquitaniam, comitatū Andegauensem, Pictauensem, Cœnomanensem, Turonensem & Pontinensem, antè perfectione ultramarinam, constituit, vt canonici ecclesiarū cathedralium, & monachi cœnobiorum eligendi facultatem haberent, & personas Deo gratas & Ecclesias

Ecclesiæ regnōque vtiles eligerent.

XXXVIII. In plerisque monumentis antiquis reperitur, permultos fundatores ecclesiarū disertè & expressim statuisse, ut mortuis ecclesiastum præsulibus per electionem ipsis prouidea-
tur. Quas fundationes Romani p̄tifices postea confirmauerunt.

XXXIX. Ex quo primum orta est in orbe Ecclesia usque ad tempora sancti Ludouici nusquam reperies pontifices Romanos in ecclesiastis & beneficia, quæ electiua dicūtur, ullum ius sibi vindicasse, aut eligere volentes ullatenus impe-
diisse, quo minus libertate electionis fruerentur. Quinimò constitutiones eorum extant memo-
rables, ex quibus apparet curæ eis fuisse, ut rectè atque ordine electiones fierent. Cuius rei fidem faciunt, quæ in decreto Gratiani, & in libro De-
cretaliū Gregorij hac de re leguntur. Adde quod in postulationibus quoque ipsis ab eo iure tan-
quam alieno prorsus abstinebant. & infirmata postulatione remittebant ad eligentes negotiū, ut denuò eligerent, c. bonæ de postul. prælato. Tunc autem florebat Ecclesia, religio propaga-
batur, exaltabatur fides catholica, bonis & spiri-
tualibus & temporalibus exuberabant ac circun-
fluebant omnia.

XL. Cum tempore sancti Ludouici conaren-
tur Romani libertatem electionū infringere, &
iis malis, de quibus iam diximus, viam aperi-
re: is se principem verè pium, Christianū & catho-

PRO LIBERT. ECCLES. GAL.

licum, custodémque & propugnatorem ecclesiarum sibi cōmissarum præbuit. Occurrit enim perniciosissimis conatibus & cōciliis Romanorum, & ecclesiæ in libertatem vindicauit.

X L I. Ludouicus Plutinus anno 1315. hanc sancti Ludouici constitutionem & quandam aliam huic similem Philippi Pulchri edicto suo confirmauit. Cui postea Ioannis regis accessit alia confirmatio, anno 1351.

X L II. Post illud tempus Romani summa ope nisi sunt electiones omnino subuertere, quorum inceptis reges Christianissimi conuentus solenniter indicentes, fortiter obsterunt, eorumque conatus represserunt, ut ante dictum fuit. Nam sua non parum interesse existimabant eligendi morem in regno suo retineri, & eò magis quodd iure suo potestatem eligendi facere consueuerant.

X L III. Ius quod hīc sibi rex vindicat, relatum est in libros iuris pontificij, quos Gratianus edidit. Vbi dicitur Hadrianum papam cum universa synodo tradidisse Carolo regi ius & potestatem eligendi pontificem Romanum, sedem apostolicam ordinandi: item archiepiscopos & episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit, ut nisi à rege laudetur & inuestiatur episcopus, à nemine consecretur, c. Hadrianus, 63. dist. Ac tametsi Ludouicus pius ius pontificē Romanū eligendi repudiasset dicitur, c. ego Ludouicus, 63. dist. semper tamen ius inue-

inuestiturarū retinuit, in cuius locū postea successerū Regalia, & ius aliud quo vtitur rex, cùm vacante episcopatu eligendi potestate facit.

X L I I I . Cùm spretis omnibus, quarū iam memini, constitutionibus Romani hierarchiam Ecclesiæ confundere ac perturbare non desinrent, & reseruationes suas passim, gratiásque expectiuas in orbem spargerent, ingens Ecclesiæ deformatio inde secura est. Ad extremū Ecclesia vniuersalis in spiritu sancto legitimè cōgregata, per generalem reformationem capitis & membrorū reseruationes omnes gratiásque expectatiuas sustulit, & veteres canones de electionibus & collationibus restituit. In qua generali reformatione illud disertè cautū exceptūmque est, vt quicunque quascunque dignitatis etiam papalis obediē contumaciter cōtempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subiiciatur.

X L V . Quod ad minora beneficia attinet, quæ collatiua dicuntur, obscurum non est eorum conferendorum ac distribuendorum ius ad episcopos in sua quenque diœcesi pertinere, c. regenda c. quicunque. c. nouerint, 10. q. 1. & toto tit. de offic. ordin. in decretal. Ac pontifex quidem Romanus cùm gratias tribuit expectatiuas, aut mandata quæ vocant de prouidendo, & ad episcopum aliquem ea mittit, his verbis cōcipi diploma solet: Cuius collatio iure ordinario ad te spectat. Proinde ea conferendi facultas nec eis adimi, nec minui vlo pacto absq;

PRO LIBERT. ECCLES. GAL.

iniuria potest. Ad quam iniuriam depellendam episcopi ad regem, ut tutorem defensorēmque suum, meritò confugere possunt.

X L V I . Indignitatem hanc ratio prouiden-
di ecclesiis, quam Romana curia excogitauit,
vehementer auget, per reseruationes nempe &
gratias expectatiuas. Præbent enim occasionem
captādē mortis alienē, quod cùm ne ethnici qui-
dē tolerabile iudicarint, multò magis Christiani
horrere & execrari debet. c. nulla, de cōc. præbē.

X L V I I . Experientia vel sola docuit, postquā
à pragmatica sanctione recessum est, quantāgra-
tiæ expectatiuæ confusionem pariant, partim ob
earum multiplicationem, partim ob prærogati-
uarū ac derogationū clausulas & cauillationes,
quæ in eis inseri cōsueuerunt. Miras enim offun-
dunt tenebras, & lites infinitas gignunt. Ac ta-
met si Pius qui nouissimè diem suum obiuit, sta-
tuisset, duo tantūm diplomata in singulas colla-
tiones expedienda esse, tamen duodecim ac eo
amplius non raro conspiciuntur.

X L V I I I . Ante ea decreta, quorū supra men-
tionem fecimus, tanta erat confusio, ut in diœ-
cesi Andegauensi sexcentæ gratiæ expectatiuæ
in uno anno inuentæ sint. Nec minor in pleris-
que aliis locis extitit numerus.

X L I X . Si eo tépore, quo iste tot gratiæ impe-
tratae fuerūt, decessisset pontifex Romanus, irri-
tæ omnes ac prorsus innutiles redditæ fuissent,
propterea quod noui pōtifices huiusmodi gra-
tias

tias statim reuocare solent. Itaque in singula diplomata si viginti auricos computemus, id est, quanti vulgo aestimantur, sumptus in eorum impetrationem facti, comperiemus iacturam hanc duodecim millium aureorum esse.

L. Tempore etiam Martini talis erat in Ecclesia confusio: cuius tollendæ gratia decreta, de quibus iam diximus, constitutionesque factæ fuerant. Verum simulatque ab eis recessum est, in pristinum illud chaos denuò incidimus.

L I. Ratione caret penitus hæc prouidendi ratio, quia certo certius est, ordinarium, qui in loco ipso commoratur, & non tantum nouit, qualis sit Ecclesia, sed qualis sit etiam is de quo præficiendo agitur, melius & utilius posse Ecclesiæ prouidere, quam in Romana curia huiusmodi diplomatis prouideri soleat.

L II. Si quis obiiciat, ordinarios etiam collatores plerunque homines non idoneos ad gubernationem ecclesiarum promouere: huic respondendum est, si quid ea in re deliquerint, corrigi eos & puniri posse, iuxta c. graue, de præbē. At pontifex Romanus nemini subest, vt ipsem de se testatur, nec potest quisquam ei dicere, Cur ita facis? Adhæc præficiuntur à pontifice Romano peregrini, non indigenæ, quorum ingenium & conditio moribus patriæ non conuenit. Itaque dissidia hinc facile nascuntur cum grauissimo salutis animarum detimento, & sacramentorum irreuerentia.

PRO LIBERT. ECCLE. GAL.

L III. Decreta, de quibus h̄ic loquimur, studiis ac literis maximē fauent: quia iubent literatis ac graduatis beneficia conferri. Quod si quā in eis obscuritas insit, ea elucidari ita potest cum aliquo Republicæ bono, ut nihilominus illibata decretorum authoritas maneat.

L IIII. Si ita regi videretur, posset ratio ini-
ri, qua stantibus decretis facilius, expeditius, ac
minore sumptu regiis ministris consuleretur in
distributione beneficiorū, quām per curiā Ro-
manam fiat: & eadē opera scholasticis & litera-
tis viris prospici posset, nempe certos mēses pro
tertia parte ipsis debita attribuendo. Quod rex
defunct⁹ facere cogitabat, & in animo habebat.

L V. Commodior atque utilior regi esset or-
dinaria eligendi ratio, cū sit verisimile homi-
nem grauem & idoneum, quem ipse commen-
dauerit eligiblebus acceptum eis fore, nec quē-
quam futurum qui honestē regis voluntati non
facilē assentiatur.

L VI. Si fortē quis dixerit alienum non esse,
ut Romanus pontifex distributionem aliquo-
rum beneficiorum habeat, quibus possit fami-
liaribus suis & aliis grauissimis viris, quorum o-
pera vtitur in rebus arduis, consulere: Respon-
dendum est satis huic prospectum esse per ea sy-
nodorum decreta, de quibus h̄ic loquimur. Di-
mittuntur enim omnia beneficia, quorum reser-
uatio in corpus iuris includitur. Adhac vbi sunt
decem beneficia vñ ad vitam: & duo vbi quin-
qua-

quaginta, iuxta c. mandatum. Qua ratione bene
mereri de multis ei perquam facile est, nullam
confusionem afferendo Ecclesiam, nec sibi vindi-
cando iura ordinariorum.

LVII. Quod ad iudicia & lites attinet, per-
spicuum est eas coram ordinariis tractari debe-
re. Nec absque summa eorum iniuria & totius
populi graui incommodo si maiores grauiorēsq;
causas excipias, aliter fieri potest. Quamobrem
si decreta tollantur, quibus huic malo preclusa
fuit via, iustissima erit apud regem conqueren-
di causa.

LVIII. Sancti Petri exēplum, cuius successores
sunt pōtifices Romani, maximē eos mouere de-
bet, vt iurisdictionem ordinariam episcopis di-
mittat. Nā cū Hierosolymis quæstio de legis ob-
seruatione exorta esset, Petro tum præsente, Iaco
bus qui Hierosolymorum episcopus erat, senté-
tiam de ea re pronunciauit. Ac vt Vincentius
scribit in Spec. histo. c. 9. hæc quæstio ad alium
nisi per appellationem transferri non poterat.

LIX. Asque his, de quibus loquimur, consti-
tutionibus, nemini liceret tutò Ecclesiam aliquā
aut beneficium obtainere. Argumento sunt ea
quæ post abrogationem earum constitutionum
Romana curia hīc designauit. Non enim so-
lūm causarum ecclesiasticarum, sed etiam posse-
foriarum cognitionem, quæ regis est, sibi vindicare
Romani ceperunt. Ac ne à regalibus qui-
dē ipsis potuerūt abstinere: quorum cognitio ad

PRO LIBERT. ECCLE. GAL.

regem & curiam parlamēti haud dubiē spectat.
Idque perspectum est in plerisque negotiis, propter quæ regem admonuit consulūtque curia,
qui tum in finibus Aquitaniz erat. Nec diu pōst
cīus rei gratia constitutiones memorabiles edi-
dit rex, quæ in curia parlamēti recitatæ, promul-
gatæ & in actis perscriptæ sunt.

LX. Nec clericos modò & personas ecclesiasticas vexabāt his litibus Romani, sed etiam laicos profanōsque homines Nam exemplum succurrīt tonsoris ante diui Dionysij ædem in vrbe habitantis, qui cùm Romæ agentem filium amississet, mox pro eiusdem debito in curiam Romanam pertractus est. Idēmque Ioanni Dargōges regio aduocato accidit.

L XI. Alterum ex quatuor malorum generibus, quæ ex decretorum contemptu & abrogatione oriri diximus, est patriæ desolatio, quam depopulationem vulgò appellamus. Regis siquidem interest plurimū, desertum à populo & desolatum regnum non esse. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis, Proverb. 14.

L XII. Ante hęc decreta & constitutiones cùm reseruationes & gratiæ expectatiuæ in vslu essent, & causæ in Romana curia tractarentur, populares regni huius certatim concurrebant Romam. Quorum alij cardinalibus & aulicis inserviebant: alij nullius hominis familiæ mancipati, sed aliqua spe vana illecti suam parētūmque

que suorum substantiam absumebant: alij, & hi quidem plurimi, eo consilio Romam migrabāt, vt ceteris hīc manentibus molestiam exhiberēt, & ecclesias beneficiāque ab eis quo iure quāque iniuria extorquerent. Nam experimēto competum est, maximam eorum partem qui hinc Romanam proficiscebantur, siue ob itinēris periculū & molestiam, siue ob pestem, que Romā crebrō grassatur, statim mortem opere solitos fuisse. Qui verò ex his periculis in columnes euadebant, negotium facessabant senibus, valetudinariis, & aliis huiusmodi qui in ecclesiis suis & beneficiis erant assidui. Ac sāpenumero contingebat, vt miseri homines in curiam Romanam citati cùm aduersus istos calumniatores se defendere nequirent, p̄r tēdio & mōrore vitam finire cogerentur.

L X I I I . Plerique beneficiorū captatores parentum & amicorum loculos exhatiebant omnino, tandemque ad summam inopiam, atque adeò mendicitatem redigebantur. Quæ res etiā plurimis mortem accelerare cōfuerat. Nec vērō vlla spe alia tantas perferebant miserias, nisi vt plumbum fortè pro auro domum aliquando referrent. Accidebatque interdum vt hians corpus deluderetur, vtque plumbum auro redemptum nihil planè aliud quam plumbum esset. Cùm enim diplomatibus suis plumbeis confiderent, interueniebat alius qui annulationē aliquam, sic enim vocant, ex insperato afferret. Ac

PRO LIBERT. ECCL. GAL.

interdum decem aut duodecim ad idem beneficium anhelantes & acceptantes existebant. Orta verò lite inter eos, Romam denuò rediundū erat litigandi causa. Sic omnibus paßim Romā confluentibus, regnum popularibus ac subditis miserabiliter destituebatur.

LXIII. Scholastici quoque conuētus, quod longè deterius est, & vniuersitates studiosorum desolatæ ac desertæ ob eandem causam iacebāt. Nec dubium est, quin contemptus decretorum & constitutionum, quæ à maioribus nostris nobis relictæ sunt, hæc omnia incommoda secum trahat.

LXV. Id adeò facile cognosci potest, vel ex eo, quod cùm rumor increbuisset de pragmatice sanctionis abrogatione, necdū ea de re quicquam in curia publicatum esset, maxima populiari multitudo Romam se contulit. Ex quo coniicere licet quantus sit futurus Romam cursus, quanta regni desolatio, si confectam esse rem & authoritate curiæ confirmatam vulgo intellectum fuerit.

LXVI. Tertium incommodi genus ad pecunias spectat, quibus regnum exinanitur: nec vlla res pestilentior ac exitialior huic regno potest excogitari. Nam, vt philosophus inquit, nū nobis fide iubet ac intercedit, quoties re aliqua indigemus. Bellorum nerui sunt nummi, nec sine iis regnum defendi ac propugnari potest.
Imd

Imò ne iurisdictionem quidem ipsam , qua maximè opus est in hoc regno, absque pecunia tueri licet.

LXVII. Si decretæ & constitutiones iam dictæ antiquarentur quotannis, decies cetera milia aureorum , & eo amplius hinc Romam portarentur. Nam si ingentem numerum episcopatum, archiepiscopatum , abbatiarum & aliorum beneficiorum , quæ in hoc regno sunt, consideremus, non difficile erit iudicare infinitam pecuniaæ vim hinc exituram esse in annatas & alia huiusmodi vestigalia, in gratias expectatiwas . in controværias & lites , in quas magna pecunia vel itineris & viatici nomine impendi solet. Nam nullum est tam exiguum ac tenuc beneficium , nulla collatio , quæ gratiis expectatiuis obnoxia non sit. Huc accedat quod duodecim interdum diplomata seu bullæ vnius beneficij nomine impetrantur. Nec ullus est mediocris fortunæ homo , qui non iuuandorum promouendorumque filiorum aut propinquorum causa pecuniam aliquam in harum gratarum impetrationem velut in aleam quandam conferat ac coniiciat. Cuius consilij non alijs plerunque exitus esse consuevit , quam ut hic captator simul & rem, & filium seu propinquum amittat.

LXVIII. Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ hoc in more positum est, vt omnes insigniores abbacias acceptent. Ac ne abbacias quidem

PRO LIBERT. ECCLE. GAL.

modò, sed alia etiam optimiora beneficia, vt ab ecclesiis parochialibus archidiaco. non temperent. Hinc sit vt redditus eorum beneficiorum Romam perferantur: nec inde vñquam redeat, quòd papa Romanus eis decedéribus succedat.

LXIX. Annatæ præter exinanitione pecuniarum aliud quo que incòmodum non leue adferunt. Est enim inuenta ratio, qua bene numerati eruditis & probatè vitæ hominibus præfiantur. Cui malo ac pesti oblistere ac mederi voluerunt imperatores, vt ex constitutione Leonis perspicitur: cuius hæc verba sunt: Nemo gradum sacerdotij venalitate pretij mercetur. quantum quisque meretur, non quantū dare sufficit, æstimetur. profectò enim quis locus tutus, & quæcausa poterit esse excusata: si veneráda Dei templa pecuniis expugnétur? quem murum integratatis, aut vallum fidei prouidebimus: si auri sacra fames penitentia veneranda proserpat, denique quid cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? cesset altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à sacris adytes repellatur piaculare flagitium. ita castus & humilis nostris temporibus eligatur episcopus, vt quocunque locorum peruenierit, omnia vita propriæ integritate purificet. nō precio, sed precibus ordinetur antistes, tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt queratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat. sola illi suffragetur necessitas excusandi: profectò enim indignus est

est sacerdotio, nisi fuerit ordinat⁹ inuitus. Cùm
sanè si quis hanc sanctam & venerandam anti-
stitis sedem pecuniæ interuētu subisse, aut si quis
vt alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid acce-
pisse detegitur: instar publici criminis & lessæ
maiestatis accusatione proposita, à grādu sacer-
dotij retrahatur: nec hoc solū deinceps hono-
re priuari, sed perpetuæ quoque infamiæ dam-
nari decernimus: vt eos, quos par facinus coi-
quinat, & æquat, vtrosque similis pœna comi-
retur.

L X X . Est & aliud harum annatarum graue
& exitiale malum: quia qui eas Romano ponti-
fici pendunt & exoluunt, in pœnam incurront,
quæ aduersus simoniaci ambitus reos statuta est,
nec ullum ius in beneficium habent, quod hac
ratione obtinuerunt. Id enim verbis decreti ex-
pressum est. Qua in re quantum sit corruptelæ
ac periculi nemo non intelligit.

L X X I . Postquam labefactata est pragma-
ticæ sanctionis & veterum decretorum authori-
tas, experientia nos docet auro p̄t̄sertim exhau-
stum hoc regnum esse. Nam antehac apud num-
mulariorum pontem nulla erat mensa, que non
magnopere frequentaretur ab iis qui pro auro
minutiorem monetam exposcebant: ex eoque
collybo multi questum faciebant. Nunc verò
arte Romana sic exuctum est aurum ex popula-
rium loculis, vt ærea tantum minutaque nobis
moneta relicta sit, & nummulariis pontem di-

PRO LIBERT. ECCLES. GAL.

atum iam puerilium puparum & icuncularum
factores incolant.

LXXII. Ut speciatim ac sigillatim demon-
stremus quantopere hoc triennio pecunia regnū
exhaustum sit, animaduertendum est Pij ponti-
ficiis tempore vacasse in hoc regno plusquam vi-
ginti archiepiscopatus & episcopatus. Nec du-
biū est, quin tam pro annuo illo vectigali, quod
annataim vocam⁹, quam pro reliquo sumptu ac-
cessorio & extraordinario in singula diplomata
seu bullas sena aureorum millia depensa nume-
ratāque sint. Quæ summa est centum & viginti
millium aureorum.

LXXIII. Cœnobiarchiæ quoque siue abba-
tiæ ad sexaginta aut eo amplius vacauerunt in
hoc regno. Quarū singulæ duobus millibus au-
reorum ut minimum constiterunt. Summa ergo
est centum & viginti millium aurorum.

LXXIV. Eodem tempore prioratus, de-
canatus, præposituræ, præceptorię, & aliæ digni-
tates electiæ, quæ lituo insignitæ nō sunt, plus-
quam ducentæ vacauerunt. Ac in singula huius-
modi beneficia aurei numerati sunt quingenti.
Summa igitur centum est millium aureorum.

LXXV. Constat in hoc regno ut minimum
centum millia parœciarum esse, quæ inhaben-
tur & incolātur. Nec vlla est in qua eo tempore
gratiam expectatiuā aliquis nō impetraverit: in
quarum singulas XXV. aurei impensi sunt,
tam pro itineris sumptu quam diplomatum cō-
fectio-

fectione , pro non obstantiis , prærogatiis annullationibus , & aliis specialibus clausulis , quæ gratiis adscribi cōsueuerūt . Item pro executo- rio processu super eisdem gratiis facto . Summa hæc est , vicies quinquies centena millia au- rorum .

L X X V I . Et si ingens esset pecuniarum ex- aëtio , earum rerum nomine , de quibus iam dixi- mus , quo tempore iam dictæ constitutiones pro- mulgatæ sunt , tamen ex quo conuelli cœperunt , id est tempore Pij pontificis , & hoc etiam tem- pore altero tanto maior est & amplior huiusmo- di exactio . Tunc enim annatæ soluebantur ha- bita veteris taxationis ratione , eaque ad dimidiā partem eius taxationis redigebatur . Nunc verò annatæ taxationem & annum redditum exce- dunt , adeò ut plerunque videamus diplomata ab impetrantibus apud trapezitas dimitti , quod re- ditu omni amplior summa exigatur , id quod in abbatia Bernayensi & S. Pharonis Melden . ac- cidiisse comperimus .

L X X V I I . Inficiari nō potest Romanus pō- tifex quin sublatis reseruationibus & gratiis ex- pectatiis multo plus emolumēti ex hoc regno , quām ex duobus aliis totius orbis Christiani am- plissimis & opulentissimis regnis auferat : vt pu- ta pro annatis vacantium archiepiscopatum , e- piscopatum , abbatiarum , aliarūmque dignita- tum & beneficiorum electiiorū , quæ immedia- tè ei subiecta sunt , quorum ingens est numerus :

PRO LIBERT. ECCLES. GAL.

Pro deuolutionibus aliorum presulatum & dignitatum: Pro beneficiorum praeventionibus: Pro commendationibus & pensionibus: Pro beneficiis vacantibus in curia Romana: Pro dispensationibus ad duo, vel tria, vel quatuor beneficia incompatibilia: Pro gratia & facultate visitandi per procuratorem: Pro legitimationibus: Pro dispensationibus super defectu aetatis & defectu natalium: Pro re pénitentiaria, quæ latissimè patet: Pro priuilegiis: Pro exemptionibus: Pro altaribus portatilibus: Pro facultate eligendi confessorem: Pro gratiis, si neutri & perinde valere: Pro dispensationibus super vitiis corporis: Pro irregularitatibus: Pro contractu matrimonij in casu prohibito: Pro infractione votorum religionis & peregrinationis: Pro absolutione casuum papæ reseruatorū: Pro protonotariatibus & promotionibus capellanorū: Pro indulgentiis, & aliis id genus. Ex quibus summa conficitur multo amplior, quam ducendorum millum aureorum.

LXXVIII. Reditus episcopatum, abbatarum, & aliorum huiusmodi beneficiorum, quos residentes & commorantes in curia Romana ad se perferri curant quotannis, excedunt summam centum millium aureorum.

LXXIX. Quartum genus incommodi est ecclesiarum ruina & destructio. quod cuiusmodi sit facilè ex superiorib^z articulis colligi potest. Nam beneficiariis absentibus, ut iam dictum est,

est, pecunia quæ in instauracionem sacrorum locorum impedi debet, aliò exportatur. Præsentes verò ac residentes annuo illo vestigali, quod pontifici Romano pendit solet, premuntur murum in modum & onerantur, ut etiam si velint sumptibus in tutelam ecclesiarū necessariis sufficere non possint. Ex ea re duplex malum consequetur. Nā & cultus diuinus deseretur in perniciem animarum, & plebecula, quæ sub ecclesiastici ordinis hominibus vitam tolerare consuevit, præ summa egestate cedere patria & solum vertere cogetur.

LXXX. Commendationes, quæ iam dictis canonibus & decretis prohibitæ fuerant, nunc verò vītatae sunt & quotidianæ, quid aliud sunt quam certissima omnium ecclesiarum euersio? Nam ex quo decreta illa pessum ierunt, vix ullū est paulo opimius nobiliusque beneficium, quod in hanc commendationis corruptelam non inciderit: velut in diœcesi Parisiensi clarissimum omnium cœnobiorum, quod vel regum Christianissimorum sepultura satis nobilitatur. Item cœnobia sancti Maglorij: sancti Martini: sancti Eligij, & alia quam plurima.

LXXXI. In prouincia Rothomagensi nobilissima abbatia S. Ouen commēdata est: Item mons S. Mich. Iumieges, Mōtebourg, Fescamp, Lyre, Yue, S. Cather. Grammont. Ac beneficia etiam regularia, quod est indignius, hodie sine delectu commendationis titulo dantur.

PRO LIBERT. ECCLES. GAL.

LXXXII. In diœcesi Andegauensi abbatia S. Albi. S. Nicol. S. Georg. S. Florent. Ferrière, Bourget, Cunault, & alia pleraque beneficia huiusmodi. In aliis prouinciis abbatia Cluniacen. Casad. Issor. Compend. Insula Bar. S. Bett. S. Ioan. Laudun. Vindoc. S. Ioan. Angel. S. Sulpitij Biturig. S. Vinc. Cœnoman. Cultura Cœnom. S. Marti. Augustod. & alia beneficia innumerabilia.

LXXXIII. Harum commendationem ² busus quām pestilens exitiosusque sit huic regno nemo satis eloqui potest. Commendantur enim opulentiora & clariora beneficia ut plurimum cardinalibus Romanæ Ecclesiæ: atque hinc sit, ut ferè vacent in curia Romana, eorumque distributio pontificis Romani sit, nullaque electio locum habeat. Et quia redditus ac prouentus eorum beneficiorum Romam hinc exportantur: corrunt ædificia: disciplina omnis monastica cessat: cultus diuinus friget & extinguitur. Sic ædificia omnia tam lapidea quām spiritalia dirui funditus & euerti videmus, adeò ut si quis imposterum ea restituere & instaurare cupiat, vix, imò ne vix quidem vnquam in pristinum statū reduci queant. Nam ij sunt mores huius seculi, proh dolor, ut perinde sit abbatem esse, ac profani cuiusuis prædij dominum esse. Nec ullius officiū gratia quis abbatiam accipiat, nisi ut à colono quopiam aut redemptore siue conditore rationes exigat, & reliqua si quæ sint auferrat

rat & consumat.

LXXXIII. Cùm synodus Constantiensis tempore Martini pape, eos, de quibus iam diximus, canones edidit, non mediocris iam erat corruptio in Ecclesia. Sed longè profectò tolerabilior quàm hoc tempore: ac singuli cardinales singulis abbatiis contenti erant: nec ullis hominibus aliis commendabantur abbatiæ. Hodie humilioribus & in nulla dignitate positis, nec regulares abbatiæ modò, sed prioratus etiam cœuentuales S. Benedicti, atque adeò Hospitalia ipsa S. Antonij secularibus hominibus commendari cœpetunt.

LXXXV. Hæc cùm ita se habeant, censet curia obseruationem canonum, Decretorum & constitutionum iam dictarum regis culpæ aut inobedientiæ adscribi non posse, nec illa obstringi eum religione, quò minus eius rei curam suscipiat. Quinimò graui scelere, quod bona eius venia dictum sit, sese obligare videretur, si contra eos canones aliquid admitteret: idque propter autoritatem & sanctitatem eorum, qui hos canones nobis reliquerunt, quique in magna tranquillitate, prosperitate & successu Ecclesiæ eisdem usi sunt. Ex quo genere est collegium apostolorum. Sacrosanctæ synodi Antiochenensis, Carthaginensis, Constantinopolitanæ, Lateranensis, &c. Sancti patres ac pontifices, qui eos comprobauerunt & secuti sunt, Pius, Martinus, Leo confessor, Gregorius, & cæteri. De-

PRO LIBER. ECCL. GAL. DEF.

nique sanctissimi quique & Christianissimi reges, qui eos canones & ecclesiasticam disciplinam, quæ eis continetur, summopere amplexi sunt, & custodiendos eos diligenter curarunt: ut Clodoueus, Carolus Magnus, Philippus Deodatus, S. Ludouicus, Philippus Pulcher, Ludouicus Hutinus, Ioannes, Carolus V I, Carolus V II, quorum temporibus prosperos ac fœlicissimos successus haec monarchia habuit.

F I N I S :